

Dices: Adultus qui nunquam peccasset actualiter, habet Sacramentum Extreme-Unionis. Ergo esset capax recipiendi Sacramentum Extreme-Unionis.

11 Sed nego Consequendum, quia ut supra ex D. Thomae offendimus, Sacramentum Extreme-Unionis non est contra reliquias peccati originalis, nisi secundum quod sunt per actualia peccata quodammodo confortata & confirmata.

12 Obijces secundo: Licet quis peccaverit actualiter, potest tamen fieri quod in eo non sint reliquie peccatorum actualium; ponamus enim quod ante Baptismum non peccarit actualiter, & post ejus susceptionem semel tantum aut iterum venialiter peccasse deliquit, consequenter vero per multos annos ex speciali privilegio omni peccato caruerit, & in omni genere virtutum frequenter se exercuerit: tali exercitio tolluntur tandem omnes duorum illorum peccatorum venialium reliquie; & tamen remanet ille capax hujus Sacramenti: Ergo idem esset, quamvis nullum omnino peccatum actuale commisset neque ante neque post Baptismum.

13 Respondeo, quidquid sit de Antecedente, negando Consequendum, quemadmodum enim non valet iste discursus: Potest fieri quod quis ante receptionem Sacramenti poenitentiae absque sit per contritionem suorum peccatorum actualium remissionem, & tamen possit recipere tale Sacramentum: Ergo & quamvis non peccasset actualiter, illud possit recipere. Ita nec valet iste. Potest fieri ut quis ante receptionem Sacramenti Extreme-Unionis, nullas habeat reliquias peccatorum, quia nihil per ferventissimos actus caritatis & aliarum virtutum sublatae sunt: Ergo & quamvis nullum peccatum actuale commisset, nullaque subinde in eo fuissent unquam reliquie peccatorum actualium, possit Sacramentum Extreme-Unionis recipere.

ARTICULUS II.

Quis sit Minister proprius istius Sacramenti?

Thomas Waldensis lib. 2. de Sacramentis cap. penultimo dicit quod tempore necessitatis quando non adest Sacerdos, etiam non Sacerdotes valide possunt hoc Sacramentum conferre.

14 Dico tamen, de fide certum esse, Extremam-Unionem non posse ab alio quam a Sacerdote valide administrari.

Constat ex Trident. sess. 14. de Extrema-Unionis e. 3. & can. 4. ubi sic habetur: Si quis dixerit Presbyteras Ecclesie, quos B. Jacobus adducendos esse ad infirmum in unguentum horarum, non esse Sacerdotes ab Episcopo ordinatos, sed etate seniores in quavis communitate, et idque proprium Extrema-Unionis ministrum non esse Sacerdotem, anathema sit.

Constat etiam ex praxi Ecclesie, qua nunquam hujus Sacramenti administrationem alteri quam Sacerdoti committit. Ratio vero congrua esse potest, quia cum Extrema-Unio, juxta Tridentinum, sit poenitentia consummativa & completiva, decet ut non ab aliis administrari possit, quam ab illis quorum est ministrare Sacramentum poenitentiae.

15 Dices primo: Innocentius I. in Epistola ad Decentium, exponens verba illa Jacobi, Infirmatur quis ex vobis, inducat Presbyteras Ecclesie, ait: Non est dubium de fidelibus agrorantibus intelligi debere, qui sancto oleo christiani perungi possunt, quo ab Episcopo confectus, non solum Sacerdotibus, sed omnibus Christianis uti licet in sua aut suorum necessitate: Ergo non solum Sacerdotibus, sed etiam omnibus Christianis licitum est ministrare Sacramentum Extreme-Unionis.

Propter hanc auctoritatem Thomas Waldensis loco supra citato putavit posse istum in absentia Sacerdotis hoc Sacramentum ministrare. Sectus vero in 4. dist. 23. q. 2. art. 1. censet hoc loco Pontificem non loqui de unione sacra, sed de unione, qua devotionis causa ad infirmitatem curandam antiquitus utebantur etiam laici.

Verum hae interpretatio aliena est a mente Pontificis, & vix textui accommodari potest, ut constabit ex verbis Pontificis statim referendis. Melius ergo respondetur, verba illa Pontificis, Non solum Sacerdotibus, sed omnibus Christianis uti licet, de pallio usu non de actu debere intelligi, ut sit sensus quod promittitur fideles omnes Christiani, non soli Sacerdotes oleo infirmorum ungi possunt, sed non quod promittitur omnibus ut unguant. Unde immediate Innocentius ibi addit: Ceterum illud superfluum quidem adjectum, ut de Episcopo ambigatur quod Presbyteris licere non dubium est: nam idcirco de Presbyteris dictum est, quia Episcopi alius occupationibus impediti ad omnes languidos ire non possunt: Ceterum si Episcopus potest, aut dignum ducit aliquem a se visitandum benedicere, & tangere Christum potest, cujus est ipsum Christum consistere. Ex quibus patet supra dicta ver-

ba non posse intelligi de usu alterius olei extra Sacramentum Extreme-Unionis, ut interpretatur Scotus, cum ex professo de Extrema-Unionis Innocentius loquatur, ut de illa quam Episcopus vel Presbyteris licitum esse addit.

16 Dices secundo: De quibusdam Aegypti Anachoretis legitur, quod oleum ad infirmos transmittabant, & sanabantur, ut de Simone Stilla ex l. 9. c. 20. in vitis Patrum colligitur, & de S. Hilarione refert Hieronymus in ejus vita, ubi sic ait: Percussit a serpentibus & aliis animalibus venenosis plerique, nisi ad Hilarionem concurrerent, statim interibant; unde oleo benedicto tangentes unguentis vulnera, certam salutem resumebant. Similia referuntur de S. Genovefa, in veteri legenda ejus, qua habetur ad 3. Januarii apud Surium, versus finem.

Sed facile respondetur cum S. Thoma hic q. 31. art. 1. ad 2. quod illa unctio non erant Sacramentalis, sed ex quadam devotione recipientium talem unctioem, & ex merito unguentum vel oleum mittentium, consequentur effectus sanitatis corporalis per gratiam sanitatum, non autem per gratiam Sacramentalem.

17 Hae sunt certa & indubitata apud Theologos: sed aliqua controversia est, an possit hoc Sacramentum a pluribus Sacerdotibus valide conferri?

Respondeo breviter, hanc questionem duplicem sensum habere posse. Primus est, ut unus solum subministrat materiam unguendo, altero formam profertentem. Secundus, ut dum unus ungit unum sensum, & profert partialem formam, alter alterum sensum ungit, & suam formam partialem similiter profert. Si in priori sensu quaestio proposita intelligatur, respondeo negative: sensus enim non valet Baptismus, si ab uno materia, & ab alio forma adhibetur: ita nec Extrema-Unio, si unus Sacerdos ungeret, & alter formam profert; ex verbis enim Jacobi: Ores super eum ungentes & c. habetur quod idem debet esse qui ungit, & qui orat, seu qui formam, quae deprecativa est, profert. Si vero in posteriori sensu intelligatur, affirmative respondeo: sicut enim Sacramentum Eucharistiae, quia duplici constat materia & forma partiali, a duobus Sacerdotibus potest valide confici, si nimirum unus conferat hostiam & alter calicem; ita pariter, quia Sacramentum Extreme-Unionis multis constat materiis partialibus & formis, potest a pluribus Sacerdotibus valide confici, non solum successive, sed etiam simul; si nempe dum unus ungit unum sensum, & profert partialem formam, alter alterum sensum ungit, & aliam partialem formam profert. Hoc tamen licite fieri nequit, cum sit contra universalem Ecclesiae praxim, a qua recedere non licet sine urgente necessitate, qualis esset, si periculum foret: ne antequam omnes quinque unctioes ab uno Sacerdote abolverentur, infirmus expiraret.

18 Dico secundo, est valide hoc Sacramentum a quovis Sacerdote administrari possit, non licite, nisi vel in extrema necessitate, vel de proprii pastoris tacta licentia.

Probatur primo ex Clementina unica de privilegiis, & Clementina duodecim de sepulturis, ubi sub poena excommunicationis inhibetur, ne absque licentia Praesbyteri parochialis ullus, etiam Religiosus, Extremam-Unionem mortuorum administraret.

Probatur secundo, quia ministrare Sacramenta est officium pastoris: quod usurpare propria auctoritate, & in materia adeo gravi, peccatum est grave. Dixi autem, nisi in extrema necessitate, quia in casu necessitatis quando alias periculum esset, ne agroratus moreretur sine hoc Sacramento, potest quivis Sacerdos licite illud administrare, tamen si Parochus ei licentiam dare recuset, agere quod id ferat quia non est intentio Ecclesiae, propter personam Pastoris voluntatem, velle privati hominem tali presidio ac remedio in tam gravi periculo.

19 Queret ad complementum hujus disputationis, utrum fideles teneantur sub mortali hoc Sacramentum recipere, & Parochi illud administrare, etiam cum periculo vitae propriae, v. g. cum infirmus laborat morbo contagioso?

Respondeo neutrum per se ad id teneatur sub mortali, quia hoc Sacramentum non est ad salutem necessarium, sed tantum ad melius esse ut scilicet vel a morbo levet, vel ad felicem exitum e vita melius praeparat, ad quod non desunt alia media sufficientia, puta Sacramenta poenitentiae & Eucharistiae. Unde quamvis Parochus teneatur sub mortali, non obstante periculo vitae, ministrare Sacramentum confessionis subdito graviter indigenti, & Sacramentum Eucharistiae per modum Viatici, non tamen Sacramentum Extreme-Unionis, quia primum est necessarium necessitate medi, secundum necessitate praeccepti, tertium vero neutro modo necessarium est, cum neque sit medium ad salutem necessarium, nec ullum extet praecceptum Divinum aut Ecclesiasticum illud recipiendi, quare Ecclesia tempore interdicti prohibet dari moribundis Sacramentum Extreme-Unionis, cap. Quod in eo, de poenit.

poenit. & remis. quod certe non prohiberet, si esset illis necessarium necessitate medi vel praeccepti: sicut ob eam causam non prohibet dari illis Sacramenta Poenitentiae & Eucharistiae per modum Viatici.

20 Dixi, neutrum per se ad id teneatur sub mortali, quia per accidens interdum infirmus teneatur sub mortali illud recipere, puta si ex ejus omissione oriretur grave scandalum, vel suspicio heresis, vel hujus Sacramenti vilipensio, & contemptus; vel etiam si infirmus dubitet de sua contritione, & non possit aliud Sacramentum suscipere,

cujus ope fiat ex attrito contritus; unde in eo casu teneatur Parochus illud ipsi ministrare, etiam tempore interdicti, neque enim jura & Pontificis suo interdicto hunc extraordinarium casum comprehendere censentur: immo dum tempore interdicti concedunt Baptismum, Poenitentiam, & Eucharistiam per modum Viatici, propter salutis necessitatem, tacite etiam dispensant in hoc Sacramento cum eo qui aliud suscipere non potest; quia fieri potest, ut sit eadem necessitas, idemque periculum aeternae damnationis, si hoc in tali casu omittatur.

TRACTATUS SEPTIMUS DE SACRAMENTO ORDINIS.

Ad Quaestionem 34. Supplementi & alias sex sequentes.

P R A E F A T I O.



NON poterat inter Ecclesiae Sacramenta, in ornamentum & religionis decus, deesse Ordo; cum verum omnium nedium quo sensibus oculisque percipi possunt, sed & eorum quo sensus omnes atque oculos aciem superant, venustatem omnem & pulchritudinem Ordo efficiat. Quis unquam Triumphantis, & Caestis Ecclesiae ordinem cogitatione comprehendat? Ubi triplex bestiarum mentium Hierarchia ordinibus & choris novem constet, & cujus tanta perfectio est, ut Angelorum quilibet (ut docet D. Thomas) ab alio periculis differat, subindeque alium quolibet gradu & perfectione superet, vel ei inferior sit. Militantem Ecclesiam ordinatam esse aciem Scriptura dixit, & egregie cum acie ordinem composuit, cum Aristoteles ipse adverteat in politicis, quod sine ordine inutiles erit acies, sed plura concessit Gregorius Nazianzenus (Orat. 26.) quam a me commemorari potuissent. Ordo, inquit, omnia constituit & colligavit;

ordo caelestis & terrena continet; ordo in his quo ratione & animo intelliguntur locum habet; ordo in anni partibus & temporibus, apte & distincte tum progredientibus, tum recedentibus; ordo in diei & noctis mensuris atque intervallis; ordo in elementis ex quibus corpora constant; ordo caelum in orbem duxit, aerem exporexit, terram suspexit. Ex ordine florente ac dominante hoc universum chaos sive mundus, & ornatus, & invicta quadam subtilitate pulchritudo. Hactenus Nazianzenus; quibus sane vix quidquam addi possit, praeter ea quo profertur, & brevitate Ecclesiae deesse Ordo, cui hoc singulare, & eximium est; ut pluribus veluti partibus, officis, muneribus, ministeriis distinctis sit, quorum alia propius ad sacrum aram accedunt, ideoque maxime sacra, alia longius ab ea recedunt, quibus subinde ministeria minus sacra incumbunt. Ex sane Ordinum omnium ministeria ad sacrum mensam, religionis unicum sacrificium, ut ad finem referuntur; atque inde facultatum, munerum, officiorumque distinctio, ut sacrificii dignitas, praeparatio, & consecratio possulantur. Inde Ministerium longa series, quorum alii templum lastrant, purgantque; fores occludunt, aut referunt; indignisque prohibent, aut sacrorum mysteriorum futuros participes admittunt. Alii populum instruunt, & lesione docent, alii ceteros accendunt, alii mensam instruant, panem ac vinum sacrificii materiam parant; alii Sacerdotem, ad quem unum sacrificium consistendi & offerendi facultas pertinet, comitantur, & juvant, ipsi proximae adhaerent, & obsequuntur. Sed nemum ipse Sacerdos in altari & sacra mensa, Ministerium omnium corona cinctus, inter terras calumpniae medius & sequens, incrementum ac divinum sacrificium offert quo Deum populo propitiu efficiat. Sed quis hujus Sacerdotis, omnium Ordinum veluti sacri apicis & culminis, dignitatem oratione unquam & sacris amplis laudibus profectatur? Novimus sane Sacerdotum etiam, etiam apud barbaras gentes, in summo semper honore habitum fuisse. Sapius idem & Reges & Sacerdotes, coronam saepeprunquam gerebant, cum scilicet ita populo persuasum esset, non alteri supremam potestatem demandandam esse, quam cui major sanctitas, ex religione ipsi & Sacerdotio inesse videbatur. Etiam apud quosdam saltem erat, ut istum vestibus Sacerdotum induerent, quibus sua Numina representabant ut Diti quam simillimi, omnium sibi amorem & reverentiam conciliarent. Sed nullum unquam angustius existimatum est, quam Hebraeorum & legis veteris Sacerdotium, cujus ministeria, jus, ac vestes, quibus mundum ipsum universum, caelum, terras, maria, aeremque referebat, cujus ministeria, Deus singulari beneficio instituerat. Eximia sunt quo Philo (lib. de praemio etc.) sua gentis Iudaea, religionis, regiminis, & mysteriorum omnium peritissimum, in Sacerdotii commendationem scripsit. Iste urbes quo Sacerdotibus concessa fuerant, pe- ne templo pares facit, & egregie, secundaria azyla vocat, propter incolarum honorem & privilegium, qui supplicibus contra vim futuri erant praesidio, non armorum ope, sed dignitatis respectu, & iusta reverentia Sacerdotalis Ordinis. Quin etiam notant praer primicias, Sacerdotibus decimas, tanquam Regibus tributa dari. Quia (inquit) iuxta legis iudicium Sacerdotes equiparantur honore ac maiestate Regibus, illis tanquam Principibus conferri tributa imperat. Eximia haec equidem, ut & plurima quo idem Auctor refert. Sed quantum haec absunt a dignitate, maiestate Sacerdotii nota legis? Quantum scilicet a veritate umbra recedunt. Verissime D. Ignacius Martyr (Epist. ad Smyr.) Sacerdotium, omnium bonorum quo in hominibus sunt, apicem dixit, cuius injuria, si quis ipsum aut laderet, aut minorem quam par est reverentiam exhiberet, in Christum, inquit, qui solus natura est Summus Sacerdos, redundaret. Sed si quis Sacerdotium Christiana Religione pro merito estimare velit, is sane necesse est, sacrificii quod Sacerdos offert in altari praestantiam animadvertat. Sed quis est sacrificii, praeter Christum Dominum Deum ipsum unum, in quem Sacerdos jus habet, quem offert, quem consecrat, & sacro ore conficit, ac nemum populo edendum distribuit. O eximia, & nullis unquam laudibus Sacerdotii dignitas explicanda! Mirabatur etiam, & graviter lacebat Tertullianus in Apolog. insipientiam Gentilium, qui sonatus decreto divinitatem numinibus conferrebant. Singularis sane & eximia hominum in Deo potestas: Ita (inquit) nisi homini placuerit, Deus non erit, & humano arbitrio divinitas pensatur. Sed o singularis iam & verissima in Deum Sacerdotie potestas! Deus Sacerdotem offert, ut in altari sub speciebus Eucharisticis Deum ipsum in sacrificii materiam & victimam conficiat, nec injuriam ullam Summo Numini inferat, nec alius quam per se Sacerdotis dignitatem vobat: Nisi homini placuerit, in altari & leo victima Deus non erit, & humano arbitrio divinitas pensatur. Nihil sane ea potestate & dignitate in commendationem Sacerdotii majus excogitari unquam potest, nihil habeo quod addam praestantius. Sed nec cetera praeterea, quo licet infra eam dignitatem sint, longe tamen Sacerdotii seu Gentilium seu Hebraeorum excellentiam omnem superant, opera praesumit aucti hic subiungere quo summa eloquentia fuso Chrysofomus (homil. 5. in cap. 6. Ista) in laudem quo venerabilis ac majus. Ne mihi narres purpuram, neque diadema, neque vestes aureas: si vis videre deturmentum nobis admittendum videatur regis thronus, ob gemmas; tamen rerum terrenarum administrationem sortitum est: verum Sacerdoti thronus in caelis collocatus est, & de caelestibus rebus pronuntiandi habet auctoritatem. Quis haec dicit? Ipse calorum Rex: Quaevisque solvitur super terram, erunt soluta & in caelis. Quid cum hoc honore conferri possit? A terra iudicandi principalem auctoritatem habet caelum: nam iudex sedet in terra, dominus sequitur fer-

rum; & domus ipsum regale caput Sacerdotum manibus subjicit, non erudius quod hic Princeps est illo majori...

DISPUTATIO PRIMA,

De Ordine in Communi?

UM rectus doctrine ordo possidet ut ab universalioribus ad particularia descendatur, priusquam de singulis Ordinibus in particulari differamus...

ARTICULUS UNICUS,

An Ordo seu ordinatio, qua Ministri Ecclesie instituantur, sit vere & proprie Sacramentum?

NEgant plerique Novatorum, contendentes, Sacramentum Ordinis esse merum signum, nullamque aliam dari ordinationem in Ecclesia, praeter ritum eligendi concionatorem...

S. I.

Conclusio affirmativa statuitur.

Loco igitur, Ordinationem qua Ministri Ecclesie instituantur, esse vere & proprie Sacramentum.

Probatur primo: Ad rationem Sacramenti tria tantum requiruntur, nempe quod sit ceremonia sensibilis, permanentiter instituta, habeatque infallibilem promissionem gratiae...

Solum ergo demonstrandum est, infallibilem gratiae promissionem & collationem huic ceremonie & ritui non desesse, quod probat duplici Apostoli testimonio; ait enim 1. ad Timoth. 4. Noli negligere gratiam quam in te est...

charitatem intelligendam esse de Sacramentis quae fidelibus omnibus sunt communia. Unde Calvinus Gallus, qui artic. 35. Confessionis suae negat Ordinationem esse verum Sacramentum...

Nec valet quod ad tam evidenter Scripturae testimonium respondet, nimirum impositionem illam tantum fuisse aliquam ceremoniam, qua Apostoli utebantur, cum Deo aliquem commendabant, & orabant pro illo...

Frivola etiam est alia responsio, qua tam aperta Scripturae testimonia conatur eludere, dicendo, his nomine gratiae, non gratiam gratum facientem, sed gratiam tantum intelligi. Nam Apostolus post verba ex secunda Epistola ad Timotheum adducta, subdit: Non enim desit tibi Deus spiritum timoris, sed virtutis & dilectionis...

Nec obstat quod in primo testimonio mentionem faciat de prophetia, quae est gratia gratis data. Per prophetiam enim intelligit Apostolus vel revelationem sibi factam de ordinando Timotheo in Episcopum...

Probatur secundo conclusio ex SS. Patribus, qui ordinationem Sacramentum esse passim asserunt: Augustinus enim lib. 2. contra Parmenianum c. 13. sic ait: Nulla ostenditur causa cur qui Baptismum amittere non potest, jus dandi amittere possit, utrumque enim Sacramentum est...

Denique Gregorius Magnus lib. 4. in libros Regum c. 4. explicans illud ex libro primo Regum, Tullis Samuel tententiam olei, hac habet: In hac unctioe exprimitur quod in sancta Ecclesia nunc etiam materialiter exhibetur...

Nec dici potest SS. Patres de Sacramento improprie dicto locis istis locutus esse, cum affirmant Ordinationem non minus esse Sacramentum, quam Baptismum & Eu-

que aequaliter tribuant quod non possit iterari: neque amitti, quodque sanctificet suscipientem; quod veri Sacramenti proprium est.

Potest insuper conclusio duplici congruentia suaderi, prima insinuat a Florentino in decreto Eugenii. Cum enim per Ordinationem homines fiant sacrorum mysteriorum executores & ministri, conveniens fuit ut in ea acciperent gratiam per quam fierent idonei ad tantum munus exercendum...

Confirmatur: In Baptismo in quo datur potestas suscipiendi Eucharistiam & alia sacramenta, datur simul gratia ad illa rite recipienda, & ad vivendum ut Christianum deceat; Ergo cum datur in Ordinatione potestas ad conferenda sacramenta, debet pariter in ea dari gratia ad ea rite administranda, & ad vivendum ut deceat Dei ministri...

Secunda est: Ordinatio Sacerdotum veteris legis fuit verum Sacramentum: Ergo & Ordinatio Sacerdotum legis novae. Consequentia patet, alias enim ordinatio Sacerdotum legis antiquae fuisset perfectior ordinatione Sacerdotum nostrorum...

Confirmatur: Sanctitas legalis veteris legis, significabat veram sanctitatem dandam in nova lege, ut docet Apostolus ad Hebraeos 10. Ergo fuit ordinatio veteris legis consistebat in cerimonia permanenti, qua legaliter sanctificabatur, ita ut veritas figurae respondeat, ordinatio nova legis consistit in ritu permanenti veram sanctitatem operante...

S. II.

Solvuntur Objectiones haereticorum.

Contra istam conclusionem & veritatem catholicam obijciunt primo Sectarii: Sacramentum vere & proprie sumptum, ex verbo & elemento aliquo constare debet, juxta illud Augustini Tract. 80. in Joann. Accipit verbum ad elementum, & fit Sacramentum...

Verum huic argumento jam respondimus in Tract. de Penitentia disp. 2. quod si sermo fit de elemento stricto sumpto, ista est Major universaliter sumpta; panis enim & vinum, quae sunt materia Sacramenti Eucharistiae, non sunt elementa proprie dicta...

Obijciunt secundo, neque ex Scriptura, neque ex Patribus ostendi posse, Ordinem esse Sacramentum. Sed hoc quam sit a veritate alienum, patet ex dictis in prima & secunda probatione conclusionis, ubi plura Scripturae & SS. Patrum testimonia in hujus veritatis confirmationem adduximus. His addi potest Dionysius, qui cap. 5. de Ecclesiastica Hierarchia, tam clare docet Ordinationem esse Sacramentum, ut Lutherus in libro de captivitate Babilonica, cap. de Ordine, id negare nequiverit...

ante eis plenitudinem possunt, quae maxime in ordinationibus operantur. Quibus verbis aperte declarat, in ordinationibus plenitudinem Spiritus Sancti, atque adeo gratiam sanctificantem, communicari; quod haud dubie ad Sacramenti effectum pertinet. Ex quibus liquet, quam falso loco citato affirmet Lutherus, solum Dionysium citari posse ex antiquis Scripturis per Sacramentum Ordinis.

Obijciunt tertio: Omne Sacramentum ordinatur per se ad sanctificationem suscipientium: Atqui Ordinatio per se ad sanctificationem suscipientium non ordinatur, sed potius ad sanctificationem aliorum: Ergo non est Sacramentum.

Respondeo distinguendo Majorem: Omne Sacramentum ordinatur per se ad sanctificationem suscipientium, vel per se primo, vel per se secundo, concedo Majorem. Per se primo solum, nego Majorem. Similiter distinguo Minorem: Ordinatio non ordinatur ad sanctificationem suscipientis, per se primo, concedo. Per se secundo, nego. Ordinatur enim per se secundo ad dignam administrationem Sacramentorum...

Ex dictis colligitur primo, quod sicut in aliis Sacramentis tria distingui solent, nempe id quod est Sacramentum tantum, id quod est res tantum, & id quod est res & Sacramentum simul; ita & in isto haec tria reperitur. Sacramentum tantum est res externa & sensibilis ceremonia, quae in Ordinatione adhibetur. Res tantum est gratia sanctificans, quae per illam confertur. Res & Sacramentum simul, est character, qui per rem externam & sensibilem significatur, & simul gratiam sanctificantem significat, ut in Tractatu de Sacramentis in communi declaravimus.

Colligitur secundo, Sacramentum Ordinis sic posse definiri, seu describi: Ordo seu Ordinatio est sacra ceremonia, qua traditur potestas spiritalis aliquod ministerium exercendi, simulque gratia sanctificans ad illud rite & convenienter obendum. Cujus definitio particulare satis perspicue manent ex dictis, vel cum Magistro sententiarum sic potest breviter definiri: Ordo est signaculum quoddam, quo spiritalis potestas traditur ordinato. Quam definitionem refert & approbat S. Thom. hic quaest. 34. artic. 2.

DISPUTATIO II.

De singulis Ordinibus in particulari.

Disputatione precedenti egimus de Ordine in communi, & Ordinationem aliquam esse vere & proprie Sacramentum, ostendimus; nunc de singulis Ordinibus in particulari differendum est, ac declarandum, an septem illi Ordines qui communiter recententur, sint Sacramenta immediate a Christo instituta; & quanam sit singulorum Ordinum materia & forma?

ARTICULUS PRIMUS.

An septem Ordines Ecclesiasticos sint vere & proprie Sacramenta?

S. I.

Quibusdam praemissa referuntur sententiae.

Suppono primo, Ordinem Ecclesiasticum esse duplicem, alterum dignitatis seu jurisdictionis, ut Archidiaconatus, Episcopatus, Patriarchatus, Primatus, Papatus; alterum potestatis sacrificii altaris ministrandi. Hic non agimus de priori Ordine, qui ad hierarchiam spectat, sed de posteriori, quo certi in Ecclesia instituantur ministri, qui a Christo potestatem accipiunt Sacramenta fidelibus ministrandi. Etenim, ut discitur Sanctus Thomas hic quaest. 34. artic. 1. Deus sua opera in sui similitudinem perducere voluit, quantum possibile fuit, ut perfectia essent, & per ea cognosci possent. Et ideo ne in suis operibus repraesentaretur, non solum secundum quod in se est, sed etiam secundum quod aliis insuit, hanc legem naturalem imposuit omnibus, ut ultima per media reducerentur, & perfecterentur, & media per prima, ut Dionysius (cap. 5. de Ecclesiastica Hierarchia) dicit. Et ideo ne ista pulchritudo Ecclesiae non desisset, posuit ordinem in ea, ut quidam alii Sacramenta traderent, suo modo in hoc

hoc Deo assimilati, quasi Deo cooperantes, sicut & in corpore naturali quodam membra alius insuntur. Hinc in Concilio Trident. sess. 23. cap. 2. consentaneum fuisse a-

3. Suppono secundo eum eodem Doctore Angelico hic quest. 37. artic. 1. quod Ordinum multitudo est indu-

3. Suppono tertio, septem dari Ordines Ecclesiasticos, videlicet Sacerdotum, Diaconorum, Subdiaconorum, Acolytorum, Exorcistarum, Lectorum, & Olliariorum. Primo, quia hoc declaravit Tridentinum sess. 23. cap. 2. Secundo, quia antiqui Patres horum omnium

4. Suppono quarto, horum septem Ordinum tres priores propter excellentiam vocari Majores, atque etiam sacros, eo quod proximus ad Eucharistiam, ob quam

genda. Quamquam, ut recte notat Sanctus Thomas quest. citata artic. 3. si Ordo secundum se spectetur, etiam Minores dici possunt sacri, quia etiam ordinantur ad sacrandam animam per gratiam & characterem, quae in anima causantur.

Demum, ut certum & ab omnibus Theologis receptum supponimus, Ordinem saltem Sacerdotalem esse vere & proprie Sacramentum. Id enim in Concilio Tridentino sess. 23. can. 2. & cap. 1. definitum fuit, sequiturque necessario ex dictis disput. precedenti; si enim aliqua ordinatio Ecclesiastica sit vere & proprie Sacramentum, cum Ordo Sacerdotalis sit omnium potissimus, & finis ad quem omnes alii inferiores referuntur, certum esse debet, illud esse proprie Sacramentum. Sed de aliis inferioribus diffensio est inter Auctores. Durandus enim & Cajetanus volunt, ut ordinationem inferiorem Presbyteratu, esse verum Sacramentum. Hugo a Sancto Victore, Magister sententiarum, Gratianus, & alii alii tarentur quidem Diaconatum esse Sacramentum, sed hoc negant de Subdiaconatu, & quatuor Minoribus. Denique Navarrus, Michael de Medina, Dominicus Soto, Vasquez, & Martinonius admittunt etiam Subdiaconatum esse Sacramentum, sed de quatuor Minoribus id negant. Alii demum, tam domestici, quam extranei, volunt omnes Ordines Minores atque Majores esse Sacramenta. Unde sit

§. II.

Vera sententia duplici conclusione statuitur.

Deo primo, Diaconatum esse verum Sacramentum, & a Christo institutum.

Hae conclusio ita videtur certa, ut opposita ad minus temeraria sit: colligitur enim manifeste ex Tridentino sess. 23. canon. 9. ubi sub anathemate damnatum est qui dixerit, in Ecclesia Catholica non esse Hierarchiam divina ordinatione institutam. Ex hoc enim canone liquet, Hierarchiam Ecclesiasticam a Christo institutam consistere non solum Episcopis & Presbyteris, sed etiam ministris: At per ministros, Diaconi saltem veniunt intelligendi, tum quia Diaconi ordine sunt proximi Presbyteris, ut idem Concilium ibidem cap. 2. ait: tum etiam, quia Paulus semper cum Episcopis & Presbyteris conjungit Diaconos, ut patet ad Philipp. 1. Cum Episcopis & Diaconibus, & 1. ad Timoth. 3. ubi postquam descripsit, qualis debeat esse Episcopus, idem statim de Diaconibus subjungit: Ergo juxta Tridentinum, Diaconi sunt a Christo instituti, sicut & ipsa Hierarchia Ecclesiastica, quae ex ipsis constat.

Potest insuper probari conclusio hae ratione fundamentali: Signum sensibile causativum gratiae sanctificantis est verum Sacramentum a Christo institutum: Sed Diaconatus est signum sensibile, gratia causativum: Ergo verum rationem sensibilem, gratia causativum: Ergo verum Sacramentum a Christo institutum. Major patet, Minor etiam quoad primam partem manifestella est. Diaconatus enim habet sensibilem materiam, nempe manuum impositionem, & porrectionem libri Evangeliorum, & specialem verborum formam, in Pontificali Romano praescriptam. Probatum vero quantum ad secundam. Primo quia primi Diaconi fuerunt ab Apostolis ordinati per manuum impositionem Act. 6. At manuum impositio ordinativa Apostolorum conferebat Spiritum Sanctum: Ergo, &c. Secundo, quia in Diaconi ordinatione una cum manuum impositione profert Episcopus haec verba, Accipe Spiritum Sanctum ad robur & ad resistendum diabolo & tentationibus ejus: Atque ex Tridentino sess. 23. canone 4. haec verba non frustra dicuntur ab Episcopo quasi per ea Spiritus Sancti gratia non vere confertur, sicut ipsa significant: Ergo in ordinatione Diaconi confertur gratia. Unde Anastasius II. in Epistola 2. ad Anastasium Imperatorem cap. 7. asserit per Ordinationem Sacerdotum sive Levitarum, secundum Canones factam, conferri gratiam Spiritus Sancti, idque officio Diaconi valde conveniens est. Ordinatur etiam ad officium valde sacrum & sanctum, ut nimirum evangelizet, & Sacerdoti inter celebrandum proxime assistat, & ex commissione ejusdem, Eucharistiam admittit; & ubi usus est, laicis calicem sanguinis Christi porrigat.

Adde quod Theodorius Balsamon, ad Canonem 36. Apostolorum, ait, Diaconi ordinari quidem, id est characterem accipere, dicimus: At si characterem accipiant Diaconi, non potest eorum ordinatio non esse verum Sacramentum: Ergo Diaconatus vere rationem Sacramenti habet. Unde D. Hieronymus contra Vigilantium cap. 1. Diaconatum expresse vocat Sacramentum Christi, ibi enim reprehendens quosdam Episcopos, quod non ordinarent

Dia-

Diaconos, nisi prius uxores duxissent, his verbis utitur: Sacramenta non tribuunt, &c.

8. Dico secundo, etiam Subdiaconatum, immo & quatuor Minores Ordines, esse Sacramenta.

Probatum prima pars de Subdiaconatu, eadem ratione qua praecedenti conclusione ostendimus Diaconatum esse Sacramentum. Nam etiam Subdiaconatus est signum sensibile, cum in Ordinatione Subdiaconi non minus reparatur ritus externus constans rebus & verbis, quam in Ordinatione Diaconi. Item Subdiaconatus causat gratiam sanctificantem, ut constat ex Florentino in decreto Eugenii, ubi post assignatas materias, formas, & Ordinarium Ministrum Diaconatus & Subdiaconatus, subdit, effectum hujus Sacramenti esse augmentum gratiae: Ergo confert non solum Diaconatum, sed etiam Subdiaconatum, conferre gratiam sanctificantem. Idem patet ex forma consecratoria Subdiaconi, assignata a Clemente lib. 8. constit. Apoll. cap. 21. in qua sic dicitur: Tribuere ei Spiritum Sanctum, ut vasa ad ministrandum tibi facta, digne accipiat. Non dicitur enim dari Spiritus Sanctus, nisi deus gratia gratum faciens. Quod etiam in Ordinatione Subdiaconi character imprimatur, constat ex mox dicendis in probatione secunda partis.

9. Probatum ergo secunda pars conclusiois, de quatuor Minoribus Ordinibus, ex Florentino citato, postquam enim dicit, Ordinem esse Sacramentum, & ejus materiam esse rem quae traditur ab Episcopo in Ordinatione, & formam verba quibus res illa traditur, nominatimque id declaravit in Ordine Sacerdotali, & in Diaconatu, & Subdiaconatu, subjungit, sic etiam debere intelligi in reliquis Ordinibus, ac proinde censet, in illis etiam reperiri materiam & formam Sacramenti, subindeque & illos veram & propriam Sacramenti rationem habere, sicut & alios.

10. Probatum secundo eadem pars: Ordo imprimens characterem esse vere & proprie Sacramentum: Sed quatuor Minores Ordines imprimunt characterem: Ergo sunt vere & proprie Sacramenta. Major patet, nihil enim, praeter Sacramentum, imprimi characterem spirituale in anima. Minor probatur primo ex D. Thomae his quest. 35. artic. 2. ubi quaerit utrum in Sacramento Ordinis imprimatur character, quantum ad omnes Ordines: & concludit affirmative. Verba ejus sunt: Respondens dicendum, quod circa hoc facti triplices opinio. Quendam enim dixerunt, quod in solo Ordine Sacerdotali character imprimatur. Sed hoc non est verum, quia alium Diaconi nullum habet aliquam spiritalem potestatem, in dispensatione Sacramentorum, quam alii non habent. Et propter hoc alii dixerunt, quod in sacris Ordinibus imprimatur character, non autem in Minoribus. Sed hoc nihil tenent est, quia per quolibet Ordinem aliqui constituitur supra plerum in aliquo gradu praestari ordinari ad Sacramentorum dispensationem. Unde cum character sit signum distinctivum ab aliis, oportet quod in omnibus character imprimatur, cujus etiam signum est, quod perpetuo manent, & nunquam iterantur: Et haec est tertia opinio, quae communior est. Quibus verbis S. Doctor, non solum aperte docet, Minores Ordines imprimere characterem, sed etiam rationem fundamentalem insinuat, qua id potest breviter suaderi. Quod est irretractabile ex benedictione perfecta & consecratoria, imprimi characterem spirituale: Sed quilibet ex quatuor Minoribus Ordinibus, semel susceptus, est irretractabilis, idque non ex benedictione tantum extrinsecus deputante, sicut prima tonsura, benedictio Abbatissarum, & alia ejusmodi, sed etiam perfecte & consecrante: D. enim Hieronymus cap. 5. Ecclesiast. Hierarch. ministros etiam inferioribus Ordinibus initiatos, laicosque vocat, id est perfectos consecratione ministris; nomen enim zelata, vim consecratoriam & perfectivam designat: Ergo quilibet ex quatuor Minoribus Ordinibus imprimi characterem.

11. Dices cum Vasquez, consecrationem Ecclesiae, altaris, & calicis, nec non benedictionem vestium sacrum esse irretractabilem, & tamen non imprimere characterem.

12. Ex his inferes primo, Patrem Martinonium affirmantem Subdiaconatum esse verum Sacramentum, ob auctoritatem Doctorum, praecipue vero D. Thomae, & negantem quatuor Minores Ordines veram Sacramenti rationem habere, minus coherentem loqui & scribere; cum juxta D. Thomam supra relatum, non minus Ordines Minores, quam Majores, imprimant characterem (qui est proprius Sacramentorum effectus) eo quod non minus illi quam isti semel suscepti, ite-

Theol. Gener., Tom. V.

rari non possint; immo omnes Ordines sint unum Ordinis Sacramentum, ut idem S. Doctor ait quest. 37. artic. 1. ad 3.

Inferes secundo, non minus Ordines Minores, quam 13. Majores, fuisse a Christo immediate institutos; cum solus Christus sit Auctor omnium Sacramentorum, nec potestatem reliquit Ecclesiae instituti Sacramenta, ut in Tractatu de Sacramentis in communi disp. 5. art. 1. ostensum est, & debetur in Tridentino sess. 7. can. 1. his verbis: Si quis dixerit sacramenta nova legi non fuisse oporia a Christo instituta, anathema sit.

Adde ex Angulino Epist. 118. Quod fuit in Ecclesia semper observatum, cujus observationis initium ignoratur, censetur originem duxisse ab Apostolis, qui a Christo edocti, illud Ecclesiae servandum tradiderunt: At Minorum Ordinum usus, semper fuit ab Ecclesia servatus, a temporibus ipsius Christi: nam de illis fit expressa mentio in canone quarto, quinto, & sexto Apostolorum. D. etiam Clemens Discipulus Beati Petri, & S. Ignatius Discipulus D. Joannis, de illis Ordinibus loquuntur: primus libro 8. Constitutionum Apostolicarum, alter vero in Epistola ad Antiochenos, ut in tertia suppositione ostensum est. Item D. Hieronymus in argumento super primam Epistolam ad Thellonicenses, dicit Epistolam illam fuisse missam per Oneum Acolytum, unde praesupponit Ordinem illum fuisse temporibus Apostolorum. Demum Tridentinum sess. 23. cap. 2. ait: Ad ipso Ecclesia initio horum Ordinum nomina, & uniuscujusque propria ministeria fuisse cognoscuntur: Ergo non illi ab Ecclesia, sed ab ipso Christo immediate instituti sunt.

§. III.

Solvuntur Objectiones.

Obijces primo contra primam conclusionem: S. Anastasius Epist. 3. cap. 2. in fine docet Diaconatum, & reliquos Ordines inferiores non fuisse a Christo institutos, & consequenter non esse Sacramenta. Sic enim ait de Episcopatu & Sacerdotio loquens: Amplius quam isti duo Ordines Sacerdotum, & nobis nec a Deo collati sunt, nec Apostoli docuerunt. Idem asserit Damascenus Epist. 5. his verbis: Non amplius quam duo Ordines inter Discipulos Domini esse cognovimus, id est Apostolorum & sexaginta Discipulorum. Similiter Cyrillus lib. 3. Epist. 9. docet, Diaconos non a Christo, sed ab Apostolis institutos esse: Ergo Diaconatus non est Sacramentum a Christo institutum.

Confirmatur primo, quia videntur Diaconi ex occasione quadam instituti, nimirum ob murmur Gracorum, & solo ministerio mensuram additi, ut patet Act. 6.

Confirmatur secundo, Omne Sacramentum nova legis constat certa materia & forma a Christo praescripta: At Diaconatus nullam habet certam materiam vel formam, nunc enim pro materia habet librum Evangeliorum, cum proportionata forma sibi respondeat: tempore vero Apostolorum, pro materia habebat manuum impositionem, pro forma vero verba aliqua de preceptoribus, ut constat ex Clemente lib. 8. Constit. cap. 17. 18. & 21. ubi sic dicitur: Ego Philippus confesso ut Diaconus ordines, Episcopo, imponendo ei manus, praescribis Presbyteris, & Diaconis, & precando ei dicitis: Deus omnipotens exaudi orationem nostram, & ostende faciem tuam super hunc servum tuum electum tibi ad ministerium, &c. Ergo Diaconatus non est Sacramentum nova legis a Christo institutum, sed dumtaxat aliquod ministerium, ab Ecclesia praecipuum & ordinatum.

Ad objectionem respondeo, Anacletum loco citato non loqui de omnibus Ordinibus a Christo institutis, sed solum de Ordinibus Sacerdotii, ita ut sensus propositionis ejus sit iste: Duos solum Ordines Sacerdotii, nempe Presbyteratum, & Episcopatum, reliquit nobis Deus, & Apostoli docuerunt: loquitur enim contra illos, qui Primates, seu Patriarchas, in altiori ordine ponebant, quam Episcopos, & ait: Ordo Sacerdotum, fratres, bipartitus est, & sicut Dominus illum constituit, a nullo debet perturbari; idque confirmat ex eo quod Christus solum elegit duodecim Apostolos, quibus Episcopi respondent, & sexaginta Discipulos, quibus successerunt Sacerdotes. Deinde concludit: Amplius quam isti ordines Sacerdotum nec a Deo collati sunt, nec Apostoli docuerunt: In quo etiam sensu Damascus Epistola citata duos tantum Ordines scilicet Sacerdotum, agnoscit, agens contra Chorepiscopos, qui se medios faciebant inter Episcopos & Presbyteros, subindeque tertium Sacramentum Ordinem medium fingebant. Unde de illis ait: Si nec Episcopi sunt, & plerumque Presbyteros esse ambiunt, per quod officium irrabunt, cum hi tantum duo Ordines (Sacerdotum) in Ecclesia legantur.

X 2

Ad

Ad Cyprianum dico, ipsum tantum velle, Christum non ordinasse per seipsum Diaconus, sicut ordinavit Episcopos & Sacerdotes; sed tantum commississe Episcopis, ut Diaconos ordinarent. Ex quo non sequitur, Christum non instituisse hoc Sacramentum, nam etiam Christus nullum confirmavit, & tamen Sacramentum Confirmationis instituit.

Ad primam confirmationem respondeo, ex occasione quidem ordinatos fuisse primos Diaconos, sed non ex occasione inventum esse ordinem Diaconorum, sed a Christo institutum. Falsum vero est quod subiungitur, nempe Diaconos fuisse ab Apostolis electos solum ad ministrandum mensis fidelium; constat enim ex Clemente supra citato, ex Anacleto Epistol. 1. cap. 2. & ex Justino Apologia 2. in fine, atque ex omnibus antiquis Auctoribus, Diaconos esse ministros altaris, & Sacerdoti sacrificanti immediate assistere. Unde Dionysius cap. 3. Hierarchia Ecclesiastica post enarratas functiones Minorum Ordinum, subdit: *Qui vero ipsius Ordinis presbiter sunt, una cum sacerdotibus sanctum panem, & benedictionis calicem sacerdotibus altaribus imponunt.* Et Ambrosius 2. Officiorum cap. 41. refert verba S. Laurentii ad Sixtum Papam: *Experire certe utrum idoneum ministrum eligaris, qui commissis Domini sanguinis dispensationem.* Legitur etiam Act. 8. quod Philippus unus ex septem primis Diaconis non ministrabat mensis, sed predicationi & Baptismo operam dabat. Adde cum Bellarmino quod initio nascentis Ecclesie Diaconi non solum constituti erant Hierosolymis, ubi fideles convivebant, ut eis in mensa ministrarent, sed etiam Philippis, Ephesi, & patet ex Epistolis Pauli ad Philippenfes, ad Timotheum & ad Titum; & tamen in illis civitatibus Christiani non convivebant, subindeque ibi ministris mensarum opus non erat.

Ad secundam dicendum, Christum determinasse solum quantum ad genus materiam & formam Sacramenti Ordinis, earumque determinationem specificam Ecclesie reliquisse, ut ostendimus articulo sequenti, subindeque initio nascentis Ecclesie, quando liber Evangeliorum nondum scriptus erat, potuisse Apostolos per solum manuum impositionem, & verba deprecatoria a D. Clemente relata, ordinare Diaconos. De quo fultus articulo sequenti.

18. Obijcies secundo contra secundam conclusionem: Subdiaconus non erat olim Ordo sacer, sed postea factus est a Pontificibus, ut ex Canone Nullus in Episcopum dist. 60. probat Innocentius III. cap. A multis, de atate & qualitate ordinandorum: Ergo non est verum Sacramentum a Christo institutum, sed dumtaxat aliquod officium seu ministerium ab Ecclesia introductum.

19. Confirmatur: Subdiaconus non semper in tota Ecclesia habitus fuit necessarius, ut per illum ad Majores Ordines, & ad supremum, qui est Episcopatus, ascenderetur. Nam in Concilio Sardiceni canone 13. sic habetur: *Si quis voluerit fieri Episcopus, non prius constituitur, quam Lectoris, & Diaconi & Presbyteri ministerium peregerit; & in per singulos gradus, si astutus fuerit dignus, ascendat ad culmen Episcopatus.* Cujus rei exempla non pauca de SS. Chrysolomo, Eutychio Patriarcha Constantinopolitano, Cesario Episcopo Arelatensi, & aliis multis sic ordinatis, non praemisso Subdiaconatu, referunt Petrus Arcudius lib. 6. de Sacram. cap. 9. columna 10. & Joannes Morinus, Congregationis Oratorii Presbyter, in libro de sacris Ecclesie Ordinationibus, par. 3. Exercitatione 11. cap. 2. Atqui si Subdiaconatus fuisset ordo a Christo institutus, non fuisset omissus ab Ecclesia, cum juxta Christi institutionem, per Sacramentales Ordines inferiores ascendendum sit quasi per gradus ad superiores: Ergo Subdiaconus non est Sacramentum. Hoc argumentum proponit Martinus hic disp. 66. sect. 2. illudque insolutum relinquit, eoque convictus, probabilem censet eorum sententiam, qui Subdiaconatum non esse Sacramentum asserunt.

20. Confirmatur amplius: Subdiaconi poterant ordinari a Chorepiscopis, ut patet ex Concilio Antiocheno cap. 10. At Chorepiscopi erant simplices Presbyteri, qui Ordinis Sacramentum conferre non possunt, ut asserit Damasus Epistol. 5. supra citata: Ergo Subdiaconatus non est Sacramentum Ordinis.

21. Ad objectionem respondeo primo, dato Antecedente, negando Consequentiam, non enim id est Ordo sacer & Sacramentum, nam Ordines Minores sunt Sacramenta ut supra ostensum est, & tamen non vocantur Ordines sacri.

Secundo dico, Majores Ordines duplici titulo vocari sacros; nimirum quia proximus accedunt ad Eucharistiam, ob quam omnes Ordines instituti sunt; & quia votum sollempne castitatis annexum habent. Quamvis ergo Subdiaconatus ab initio non fuerit Ordo sacer hoc secundo titulo, quia in primitiva Ecclesia Subdiaconi non tenebantur servare continentiam; semper tamen primo modo seu titulo fuit Ordo sacer, quia fem-

per proximus accessit ad Eucharistiam, quam alii Ordines Minores.

Ad primam confirmationem in primis dico, argumentum illud nimis probare, & ab omnibus Theologis solvendum esse; consent enim omnes Theologi contra Durandum, Diaconatum esse Sacramentum, & oppositam sententiam ut erroneam & temerariam rejiciunt; & tamen Diaconatus non semper in tota Ecclesia habitus fuit necessarius, ut per illum ad Sacerdotium & Episcopatum ascenderetur, plura enim ex Antiquorum testimonio refert Morinus loco citato sanctorum exempla, qui omissis Diaconatu, ad Presbyterium & Episcopatum promoti fuere in primitiva Ecclesia. Id nominatim asserit de Sancto Austregesilo Bituricensi Archiepiscopo, in ejus ordinatione, inquit, *Diaconatus omissus est, praetermissis enim omnibus Minoribus, si Lectorum exceptis, Subdiaconus factus est, deinde omissis Diaconatu, Presbyter, ut refert Auctor antiquus apud Surium 20. Masi, his verbis: Abiit Austregesilus Anisiosorum, & a seaso Aunario Episcopo, decisa caesarie, Clericus effectus est, & ordinatus Subdiaconus.* Deinde ad memoratum Theophanem professus est, qui jam Lugduni factus Episcopus, cum ingenti gaudio humanissime excepti, Presbyterumque, & Abbatem S. Nicerii Episcopi & Confessoris ordinavit.

Respondeo secundo, si vera sint ea exempla, quae praedicti Auctores referunt, Christum dispensasse in primitiva Ecclesia, ut non praemissis Ordinibus inferioribus, & Subdiaconatu, posset fieri ascensus ad Majores Ordines, & ad supremum, qui est Episcopatus, ob varias causas & necessitates tunc occurrentes. Inque necessario tenentur dicere Adversarii, ut saltem ordinationem B. Austregesili, & aliorum, qui, omissis Diaconatu, ad Presbyterium & Episcopatum promoti sunt, fuisse validam & legitimam. Unde mirum est, quod P. Martinus, qui cum aliis Theologis censet, Diaconatum esse Sacramentum, id neget de Subdiaconatu, vel saltem probabile existimet, ipsum non esse Sacramentum; eo solum ductus fundamento, quod Subdiaconatus non semper in tota Ecclesia habitus fuit necessarius, ut per illum ad Majores Ordines, & ad supremum, qui est Episcopatus, ascenderetur. Si enim hoc argumentum valeat, sequeretur etiam Diaconatum non esse Sacramentum, cum aliqui Sancti, omissis etiam Diaconatu, ad Sacerdotium & Episcopatum promoti fuerint, ut supra citati Auctores referunt, & variis exemplis ostendunt.

Tertio responderi potest, quod quando in vitis aliorum Sanctorum legitur, eos, omissis Ordinibus inferioribus, ascendisse ad superiores, hoc non debet intelligi de omissione Ordinum inferiorum, quantum ad receptionem characteris, sed solum quoad exercitium & ministerium; interdu enim in primitiva Ecclesia aliqui viri sancti ad Sacerdotium, vel Episcopatum promovebantur, antequam Minorum Ordinum, & Diaconatus ac Subdiaconatus ministeria & officia exercere potuissent, quia tunc aliquarum Ecclesiarum necessitas id exigebat. Ex quo facile intelliges canonem Concilii Sardicensis supra relatum; in eo enim non permittitur, ut quis fiat Episcopus, antequam Minores Ordines & Subdiaconatum susceperit, sed solum antequam in eorum Ordinum ministeriis sese exercuerit, ut constat ex verbis canonis, in quo sic dicitur: *Si quis voluerit fieri Episcopus, non prius constituitur, quam Lectoris, & Diaconi, & Presbyteri ministerium peregerit, &c.*

Ad secundam confirmationem dicendum cum Bellarmino, duo fuisse genera Chorepiscoporum. Aliqui enim erant veri Episcopi, & erant quales nunc sunt suffraganei, qui sunt Episcopi titulares aliarum Ecclesiarum, & de his loquitur Concilium Antiochenum, dum ait Subdiaconos posse a Chorepiscopis ordinari. Alii vero erant solum Presbyteri, qui tamquam vicarii Episcopi, in oppidis majoribus & muratis morabantur; & ab his negat Damasus Epistol. 4. posse ordinari Subdiaconos.

Obijcies tertio: Quando plures actiones ordinantur ad unum aliquem effectum spirituale, illa sola habet rationem veri Sacramenti, quae talem effectum attingit, ut patet in Baptismo, Exorcismo, & Catechismo; solus enim Baptismus est Sacramentum, quia solum attingit spiritualem regenerationem, aliae vero actiones sunt tantum Sacramentalia, sive dispositiones: Sed praeter Ordinem Sacerdotalem nullus alius attingit effectum principalem Sacramenti Ordinis, qui est conferre corpus Christi: Ergo nullus alius est Sacramentum Ordinis proprie dictum.

Respondeo distinguendo Majorem: Si plures illa actiones nihil aliud habeant quam disponere, nec speciale ac spirituale effectum, nempe gratiam sanctificantem, in anima producant, ut contingit in Catechismo & Exorcismo, concedo Majorem. Si praeter illam dispositionem, speciale ac spirituale effectum, nimirum gratiam, in anima producant, nego Majorem. Quamvis autem Ord-

Ordines Sacerdotio inferiores non attingant productionem Eucharistiae, sed ad illam tantum disponant, causant tamen duplicem effectum spirituale ac spirituale in anima, gratiam scilicet & characterem, in genere causae efficientis instrumentalis, subindeque sunt vere & proprie Sacramenta.

22. Dices: Operationes quas exercent Diaconus & Subdiaconus, vel quatuor Minoribus initiati, sunt mere naturales ut cantare Epistolam, vel Evangelium, deferre vasa sacra ad altare, portas templi claudere & referare, aquam & vinum portare, &c. Ergo ad eas exercendas non est opus peculiari gratia & habilitate, conferenda per Ordines Sacerdotio inferiores.

Respondeo quod licet actiones illae materialiter consideratae sint mere naturales, ut tamen sunt sacrae caeremoniae, ad sollempniorem sacrificii celebrationem ordinatae, sunt quoddammodo supernaturales; unde ut ad tam altissimum munus & finem dirigantur, requiritur specialis gratia & character, vel, ut ait Florentinum, ut Ordinatus per gratiam susceptam fiat idoneus minister.

23. Obijcies quarto cum Martinone & Vasquez: Magna fuit in Ecclesia a tempore Apostolorum circa Minores Ordines varietas: At nequit in Sacramentis a Christo institutis varietas esse, cum non subiaceant Ecclesiae potestati: Ergo Minores Ordines non sunt Sacramenta a Christo instituta. Major probatur, nam tempore Apostolorum, praeter quatuor Minores Ordines, erant alii duo, nempe Ordo Cantorum, ut colligitur ex Can. 27. Apostolorum, & Ordo laborantium seu Fossorum, qui ad fideliu corpora humanda destinabantur, ut constat ex Ignatio in Epistola ad Antiochenos, ubi sic ait: *Salvus sanctorum Presbyterorum collegium: salvus sacros Diaconus: salvo Hypodiacois, Lectores, Cantores, Janitores, Laborantes, Exorcistae.* Contra neque Apostoli, neque Patres ipsorum temporibus proximi, ullam Acolytatus mentionem fecerunt, neque a Graecis hic ordo admittitur, ut Arcudius & Morinus supra citati asserunt. Demum Exorcistatus tempore Apostolorum non numerabatur inter Ordines, sed inter gratias gratis datas, ut patet ex Clemente lib. 8. conf. c. 26. ubi haec scribit: *Exorcista non fit ordinatione: certare enim pro premio Exorcista, libera voluntatis est, ac Dei gratia per Christum, & adventum Spiritus sancti. Siquidem qui gratiam sanctitatem accipit, per revelationem declaratur a Deo, cum gratia qua in eo est omnino est manifesta.*

24. Respondeo quod licet fuerit in Ecclesia a tempore Apostolorum varietas aliqua accidentaliter circa Minores Ordines, nulla tamen fuit circa eos mutatio seu varietas substantialis. Nam, ut ait Tridentinum sess. 23. cap. 2. *Ab ipso Ecclesiae initio horum Ordinum nomina, & uniuscujusque propria ministeria fuisse cognoscuntur.* Ad primam vero probationem in contrarium, nego officium Cantoris tempore Apostolorum fuisse Ordinem distinctum ab illis qui nunc sunt; nam vel fuit idem Ordo cum Lectoratu, ut aliqui existimant, quia nimirum Cantor modulando profert, quae Lector plana voce pronuntiat. Vel, ut alii probabilius censent, non erat tunc temporis Ordo, sed solum dispositio ad Ordines, ut nunc est prima Tonitura, quae cum pendeat ex mera institutione Ecclesiae, pro varietate temporum, variam potuit habere caeremoniam. Unde in primitiva Ecclesia, officium Cantoris, non ab Episcopo, sed a solo Presbytero injungebatur, ut constat ex Concilio Carthaginensi V. cap. 10. ubi sic dicitur: *Psalmista, id est Cantor, postquam sciencia Episcopi, sola iustitia Presbyteri officium suscipere cantandi, dicente sibi Presbytero: Pide, ut quod ore cantas, corde credas, & quod corde credis, operibus comprobet.*

Ad secundam, nego a S. Ignatio officium laborantium inter Ordines Ecclesiasticos connumerari: neque enim ex eo quod in sa. Epistola illos cum aliis ordinatis recenset, recte colligitur, eos pariter clericali Ordine insignitos fuisse, cum eos solum recensent salutaris gratia; sicut & Paulus in suis Epistolis, cum Clericis saepe salutat alios qui Clerici non erant. Nec Patres de illo officio mentionem faciunt, ut de speciali Ordine Clericali, sed ut de insigni opere misericordiae, quod salutaris damtorum corporibus exhibetur. Quod si ab aliquibus Ordo appellatur, large nomen Ordo accipiunt. Quo pacto illud usurpavit Hieronymus, vel Auctor Epistole ad Rusticum Narbonensem, apud Hieronymum tomo 9. dum ait cap. 1. *Primus igitur in Clericis Fossarium ordo est, qui, in similitudinem Tobiae sancti, sepelire mortuos admoventur.*

Ad tertiam, nego Majorem, Cornelius enim Papa in Epistola ad Fabium Antiochenum supra citata, meminit quadraginta duorum Acolytorum, qui suo tempore in Ecclesia Catholica erant. Et Hieronymus in primam Epistolam ad Theophilonem, dicit Epistolam illam fuisse missam, per Oneum Acolytum, sub-

indeque supponit Ordinem illum fuisse tempore Apostolorum, ut supra dicebamus. Alii vero Patres raro illius Ordinis mentionem fecerunt, quia in primitiva Ecclesia, propter personarum paucitatem & penuriam, officium Acolyti a Diaconis vel Subdiaconis, altari ministrantibus, suppleri solebat. Idem dicendum de Ecclesia Graeca, ut enim refert Arcudius lib. 6. de Sacram. cap. 9. officium Exorcistae apud Graecos exercebat a Sacerdotibus; Acolyti a Subdiacono, vel a Lectore; & Ollarii a Subdiacono.

Ad quartam, dico, duplex Exorcistarum genus fuisse in primitiva Ecclesia, alii enim fiebant ordinatione Episcopi, quo pacto S. Martinus a B. Hilarione Exorcista constitutus est; & de illis loquitur Cornelius Epistola supra citata ad Fabium Antiochenum, cum ait in Ecclesia Catholica suo tempore fuisse Exorcistas quinquaginta duos. Alii vero Exorcistae dicebantur, ob gratiam gratis datam, & donum expellendi Demones ab energumonis, quod a Deo acceperant, & de illis loquitur Clemens, cum ait lib. 8. confit. *Exorcista non fit ordinatione, sed qui gratiam sequitur accipit, per revelationem declaratur a Deo, &c.*

§. IV.
Solvuntur Objectiones.

Contra praecedentes conclusiones aliud solet objici 31 argumentum, quod potest sic breviter proponi. Si non solum Sacerdotium, sed etiam Diaconatus, & Subdiaconatus, nec non quatuor Minores Ordines, sunt Sacramenta, non erunt tantum septem Sacramenta, sed tredecim: At hoc est contra fidem, & expressum Tridentini definitionem: Ergo, &c. Sequela Majoris probatur: Si quilibet Ordo est Sacramentum, Sacramentum Ordinis erit aliqua ratio communis omnibus septem Ordinibus: Sed multiplicato inferiori, debet necessario multiplicari superior: Ergo si quilibet Ordo est Sacramentum, non erunt tantum septem Sacramenta, sed tredecim.

Respondent aliqui, non esse nisi septem Sacramenta, quia Sacramentum Ordinis est unum unitate generica, continens sub se septem species.

Sed contra: Licet omnes homines sint unum genere, 32 non tamen censentur unus homo, ut animal unum. Item licet Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Penitentia, &c. generice conveniant in ratione Sacramenti, non possunt tamen dici unum Sacramentum: Ergo similiter ex eo quod Sacerdotium, Diaconatus, Subdiaconatus, & quatuor Minores, generice in ratione Sacramenti Ordinis conveniant, non possunt unum Sacramentum Ordinis appellari; aliunde ergo unitas Sacramenti Ordinis desumi debet. Unde

Respondent alii, quemlibet Ordinem esse Sacramentum incompletum tantum & partiale, subindeque ex omnibus simul sumptis integrari unum completum & perfectum Sacramentum Ordinis; sicut ex duplici specie panis & vini simul sumpta, constituitur unum totale & integrum Sacramentum Eucharistiae, per modum perfecti convivii, & integra refectionis spiritualis institutum; quia quilibet species seorsim est tantum Sacramentum partiale & incompletum.

Sed hac solutio non placet, tum quia D. Thomas hic quaest. 37. artic. 1. ad 2. expresse negat Sacramentum Ordinis esse totum integrale. Tum etiam quia Sacerdotium, cum inferioribus Ordinibus eminenter continet, se solo, & independenter ab aliis Ordinibus, est verum & completum Sacramentum Ordinis: si autem ex Sacerdotio & aliis Ordinibus inferioribus integraretur unum completum & perfectum Sacramentum Ordinis; solum Sacerdotium non posset dici Sacramentum Ordinis completum & perfectum, sicut in Eucharistia sole species panis non dicitur Sacramentum completum, quia non sunt signum unius perfectae & integre refectionis spiritualis. Adde quod quilibet Ordo producit distinctam gratiam, & distinctum characterem; partes vero integrantes unum aliquod Sacramentum, non habent causare distinctam gratiam, cum unius Sacramenti non sit nisi unus effectus; ut patet in Sacramento Extreme Unctionis, in quo, juxta communiorem & probabiliorum sententiam, quilibet unctio & forma partialis, gradum aliquem gratiae non producit, sed sola ultima unctio causat integrum eius effectum, quia ante illam, Sacramentum non est completum & perfectum, ut Tractatu praecedenti ostendimus.

Melius ergo respondetur, quod licet quilibet ex septem Ordinibus sit verum Sacramentum, eo quod quilibet causat gratiam & characterem; nihilominus quia omnes Ordines inferiores Sacerdotio tendunt ad ipsum, ut ad principalem ministerium, & ad rite & convenienter peragendam corporis Christi consecrationem, ut ad

ut ad finem ordinantur, ratione unitatis Ordinis quam inter se habent, & finis ad quem tendunt, unicum Ordinis Sacramentum dici possunt. Ex quo intelligitur, Sacramentum Ordinis non esse totum integrale, vel universale, sed potentiale, cuius hæc est natura, quod totum secundum completam rationem est in uno, in aliis vero est aliqua participatio ipsius; tota enim plenitudo hujus Sacramenti est in Sacerdotio, in aliis vero Ordinibus inferioribus est quedam participatio illius, major vel minor, secundum quod magis vel minus accedunt ad Sacerdotium, ut docet D. Thomas hic quest. 37. artic. 1. ad 2. In eo tamen differt ratio universalis Sacramenti Ordinis a toto potentiâ, quod ratio totius potentialis non predicatur simpliciter de singulis inferioribus, v. g. penitentia, religio, & cetera partes potentiales iustitiae non fornicantur simpliciter denominationem totius; at vero quilibet Ordo in particulari denominatur simpliciter Ordo & Sacramentum.

35 Quæritur hic aliqui, an prima Tonfura sit Ordo, & Sacramentum?

Respondeo negative cum S. Thoma hic quest. 40. artic. 2. contra aliquos Canonistas, qui præter septem Ordines ab omnibus receptos, alios duos numerant, nempe Tonfuram clericalem, & Episcopatum. Rationem assignat S. Doctor, quia in omni Ordine verum Sacramenti rationem participant, aliqua specialis & spiritualis potestas traditur ordinato: Atqui in prima Tonfura nulla talis potestas traditur; non enim per eam Clerici deputantur ad aliqua divini cultus officia, quæ a laicis exerceri non possunt; sed solum ad divinas laudes decantandas, ad quod specialis potestas non requiritur: Ergo Tonfura Clericalis non est Ordo, sed dispositio quadam & preparatio congruentissima ad Ordines, vel ut loquitur Sanctus Thomas, *preambulum ad Ordinem*.

36 Nec obstat quod Innocentius III. in cap. Cum contingat, de estate & qualitate ordinandorum, interrogatus, an Ordo Clericalis in Tonfura conferatur, respondet affirmative. Nam eo loco accipit Clericalem Ordinem, pro statu quo Tonfurati a laicis segregati, iis preeminet, non pro gradu peculiarem aliquam potestatem conferente.

Non obstat etiam quod Tonfura ab Episcopo confertur: nam (pretequam quod multi Abbates habent potestatem conferendi, ut dicitur in 7. Synodo cap. 14. relata, Can. Quoniam videmus, dist. 69.) potuit Ecclesia statueret, ut non nisi Episcopus, qui est Ordinum ordinarius Minister, esset etiam prima Tonfura, ut dispositionis ad Ordines, collator.

37 Variæ autem hujus ceremonie assignari solent rationes a SS. Patribus: Dionysius enim cap. 6. de Ecclesiastica Hierarchia dicit, hæc nudatione capitis significari vitam puram & apertam, nullaque specie fucam; qualis Clericorum & Monachorum vita esse debet. Iidorus lib. 2. de divinis officiis cap. 4. ait ideo tonderi Clericos, ut intelligant debere se curas superfluas relecare, quæ per crines, qui sunt superflua quedam capitis excrementa, significantur. Quam etiam rationem inquit Gregorius in Moralibus dicens: *Caput tondere, nihil aliud esse quam superfluas cogitationes a mente relecare*. Similem rationem assignat Concilium Triburienfe Can. 20. ubi dicit: *Clerici in hac vita radi, ut sollicitudinem coronæ Domini in capiti sui gerant, quos & servos suos dicit & esse voluit, fore quoque illorum se constituit, sicut de illis scriptum est, Ego hereditas vestrum, &c.* Addit S. Thomas hic quest. 40. artic. 1. quod eis qui ad divina ministeria applicantur, competit rursus, & Tonfura in modum coronæ, quia coronæ est signum regni & perfectiōnis, cum sit circularis, illis autem qui divinis ministeriis applicantur, adipsantur regnam dignitatem, & perfecti in virtute esse debent. Unde Ivo Carnotensis tomo 10. Bibliothecæ Patrum, serm. de Sacrorum Ordinum excellentia, ad Clericos ait: *Ad hoc capiti in modum coronæ radiis, ut & regnum spirituale, quo ceteris preeminet, tali figura ostendat, & curia moralis illecebras frequenter redeuntis sic amputatis de corde, sicut crines frequenter resurguntis abradatis de capite*. Demum Germanus Patriarcha Constantinopolitanus, in theoria rerum Ecclesiasticarum, & Venerabilis Beda lib. 5. Historia Anglorum cap. 22. dicitur, coronam fieri Clericis, ad exprimendam imaginem spinæ coronæ Christi Domini, & indicandum debere illos ejus patientiam imitari.

Porro observandum est, Tonfuratos, Clericos appellari, a Græco vocabulo κληρικός, quod formem vel portionem significat, quia nempe Clerici Deum, tamquam suam partem seu portionem elegerunt, juxta illud Psalmi 15. *Domini pars hereditas mea*. Unde Can. Clericus 12. quest. 1. sic habetur: *Clericus qui Christi servit Ecclesie, interpretatur primo vocabulum suum, & nominis definitio prelati, nentur esse quod dicitur, si enim κληρικός Græco, fore latine appellatur, præterea vocantur omni-*

Clerici, vel quia de sorte sunt Domini, vel quia Domini sorte, id est, pars Clericorum est. Qui autem vel ipsa pars Domini est, vel Dominum partem habet, talem se exhibere debet, ut & ipse possidet Dominum, & possideatur a Domino.

ARTICULUS II.

Quæ sit Ordinum singularum materia & forma?

Hic solum agemus de materia & forma quatuor Minorum, & Subdiaconatus, quia circa materiam & formam Diaconatus, & Sacerdotii, gravis occurrit difficultas, articulo sequenti discutienda & resolvenda.

Dico ergo primo, materiam Officiatus esse claves Ecclesie, quæ ab Episcopo traduntur: formam vero hæc verba, quæ ab illo profertur: *Sic agite quasi Dicitur reddatur rationem pro his rebus, quæ his clavisbus recluduntur*. Materiam Lectoratus librum lectionum, quem Lectorarium vocant; formam vero hæc verba Episcopi: *Accipite, & estote verbi Dei relatores, &c.* Materiam Exorcistatus librum in quo exorcismi continentur; formam vero hæc verba Episcopi: *Accipite & commendate membra, & habete potestatem imponendi manus super emeruos, sive baptizatos, sive catechumenos*. Materiam Acolytatus esse contactum urceoli vacui; formam vero consistere in his verbis: *Accipite Urceolum ad suggerendum vinum & aquam in Eucharistiam sanguinis Christi*.

Hæc conclusio, quoad tres priores partes, de Officiariu, Exorcistatu, & Lectoratu, est communis inter Theologos, & expresse habetur in Pontificali Romano, quod citat Concilium Florentinum in decreto Eugenii. Quantum vero ad ultimum, quæ est de Acolytatu, est levis aliqua controversia inter Theologos: Richardus enim existimat, ejus materiam consistere in contactu candelabri, cui favere videtur Pontificalis Romanum jussu Pii V. anno 1572. editum; ait enim in margine, characterem imprimi Acolyto in traditione eerei. Alii vero Theologi committunt censent, materiam Acolytatus esse urceolos, subindeque in eorum contactu, hujus Ordinis characterem imprimi. Idque expresse docet S. Thomas hic quest. 37. art. 5. ad 6. his verbis: *Principalior altus Acolyti est qui ministrat in urceolo, quam qui ministrat in candelabro; quoniam denominatur ab altu secundario, propter quod hoc est magis notus, & magis proprius ei; & ideo in hac datione imprimitur Acolyto character, virtute verborum ab Episcopo prolatorum*.

Ratio etiam id fidet: cum enim omnes Ordines inferiores Sacerdotio tendant ad ipsam, ut ad principale ministerium, & ad rite & convenienter peragendam corporis Christi consecrationem ordinentur, in Ordinibus habentibus plures actus seu officia, illud censetur præcipuum & essentiale, quod magis seu proximè ad Eucharistiam ordinatur, unde cum preparatio materie consecrandæ magis ordinetur ad Eucharistiam, quam portatio cerei ad Evangelium, dicendum est, essentiam Ordinis Acolytatus consistere in traditione, non candelabri cum cereo, sed urceoli vacui cum verbis forme ipsi correspondens, subindeque in datione urceoli imprimi characterem. Idem cum proportione asserendum est de Officiariu, cum enim ex duobus actibus in quibus ejus exercitium consistit, nimirum convocare ad officium divinum, & aperire & claudere Ecclesiam, ut fideles interfit sacrificio, & infideles, vel indigni, quos sunt excommunicati, arceantur, iste magis accedat ad ministerium Sacramenti Eucharistie; fatentur omnes, essentiam hujus ordinationis consistere in traditione, non cimbialis, sed clavium Ecclesie, tamquam in materia, & in verbis que tradendo talem materiam dicit Episcopus, velut in forma. Unde reliqua, que sunt ab Archidiacono, dicente Officiariu ad fores Ecclesie, & campanarum hinc inde tradente, non sunt de essentia hujus Ordinis, quia non traduntur ab Episcopo, sed exercitium quoddam numeris dati Officiariu.

Dico secundo: Materia Subdiaconatus est contactus calicis vacui, & patenæ vacuæ, forma vero hæc verba: *Videte cufus ministerium vobis traditur, ideo vos admonet, ita ut vos exhibeatis, ut Deo placere possitis*. Est contra aliquos, qui videntes formam alius Sacramenti essentialem exprimi verbo imperativo, per illud verbum, *Accipite potestatem, &c.* existimant formam Subdiaconatus exprimi his verbis, que profertur etiam ab Episcopo: *Accipite potestatem cantandi Epistolam, subindeque contactum libri Epistolæ esse materiam hujus Ordinis*. Nihilominus cum Concilium Florentinum expresse asserit materiam hujus Sacramenti esse contactum calicis vacui, & patenæ vacuæ, forma vero & materia debeant proportionem & similitudinem habere, omni-

minimo tenendum est formam Subdiaconatus consistere in verbis supra dictis, que profert Episcopus, cum calicem vacuum & patenam Subdiacono porrigit. Adde quod, cum Ordinis Sacramentum consistat in potestate exercendi actum ipsius principalem, & ex duobus actibus qui Subdiacono competunt, nempe legere Epistolam, & deferre calicem vacuum ad altare, Episcopi que seu Diacono materiam Eucharistie consecrandam ministrare, potior sit secundus, utpote vicinior ministerio Sacerdotis, & consecrationi Eucharistie, inde est quod in traditione calicis vacui character Subdiaconatus imprimatur, subindeque forma Subdiaconatus consistat in verbis illis: *Videte cufus ministerium vobis traditur, &c.* que tunc ab Episcopo profertur. Unde S. Thom. hic quest. 38. artic. 1. ad 2. *Principalis altus Subdiaconi est in hoc quod cooperatur circa materiam Sacramenti, & ideo characterem accipit in hoc quod datur ei calix ab Episcopo*.

38 Dices, Diaconatus Ordo confertur, quando Episcopus tradit librum Evangelium ipsi ordinando dicens, *Accipite potestatem, &c.* Ergo etiam character Subdiaconatus imprimatur, quando Episcopus tradit librum Epistolæ, sub his verbis: *Accipite potestatem*.

Sed nego Consequentiam, nam quia argumentum a simili non valet in his que pendet ex institutione: tum etiam quia, ut reple discitur D. Th. hic qu. 37. art. 5. ad 5. *Potestas Diaconi est media inter potestatem Subdiaconi & Sacerdotis. Sacerdos enim directe habet potestatem super corpus Christi, Subdiaconus autem super vas tantum; sed Diaconus super corpus Christi in vase continentum, unde ejus non est tantum corpus Christi, sed potestas corpus in patena, & dispensare sanguinem cum calice, & ideo ejus potestas ad actum principalem non potuit exprimi, nec per dationem vasis tantum, nec per dationem materie; sed exprimitur potestas ejus ad actum secundarium tantum in hoc quod datur ei liber Evangelium, & in hac potestate intelligitur alia. Et ideo in ipsa libri datione imprimitur character*.

39 Quæres qualis contactus materia requiratur in ordinando? Respondeo duas circas ejus quæsitæ resolutionem verari celebres & probabiles sententias. Quidam enim apud D. Thom. hic quest. 34. artic. 5. in tertio argumento, putant non esse necessarium, ut ordinandum physique contingat materiam, sed sufficere ut extensione manuum ostendat fe eam ab ordinante acceptare, quod est moraliter cum contingere. Quam sententiam in responsione argumenti admittit ut probabilem, eamque plures ex recentioribus Theologis & Casuistis sequuntur. Alii vero physicum materiam contactum in ordinando requirunt: & hæc sententia tutior ac probabilior est, tum quia est communior, & in eam S. Doctor loco citato ut probabiliorem inclinat dicens: *Ista verba forma videntur ostendere, quod calix materia sit de essentia Sacramenti, quia dicitur, Accipite hoc vel illud. Tum etiam quia alia materia non videtur sufficienter ordinando applicari; nam cum hæc consistat in re physica, videtur physicum contactum requirere. Et hoc confirmat sollicitudo quam omnes prudentes hujus Sacramenti ministri adhibent, ut ordinandum physique materiam tangat. Non est tamen necessarium, quod tangat proxime singula que per materia offeruntur, sed sufficit quod in ordinatione Sacerdotis, v. g. tangatur calix suppositus patenæ; neque magis necessarium est tangi hostiam ipsam, patenæ superpositam, quam vinum in calice contentum; quod certe nullus ordinandorum tangit. Quod propter nonnullos scrupulosiores notare obiter hic volui.*

omnino tenendum est formam Subdiaconatus consistere in verbis supra dictis, que profert Episcopus, cum calicem vacuum & patenam Subdiacono porrigit. Adde quod, cum Ordinis Sacramentum consistat in potestate exercendi actum ipsius principalem, & ex duobus actibus qui Subdiacono competunt, nempe legere Epistolam, & deferre calicem vacuum ad altare, Episcopi que seu Diacono materiam Eucharistie consecrandam ministrare, potior sit secundus, utpote vicinior ministerio Sacerdotis, & consecrationi Eucharistie, inde est quod in traditione calicis vacui character Subdiaconatus imprimatur, subindeque forma Subdiaconatus consistat in verbis illis: *Videte cufus ministerium vobis traditur, &c.* que tunc ab Episcopo profertur. Unde S. Thom. hic quest. 38. artic. 1. ad 2. *Principalis altus Subdiaconi est in hoc quod cooperatur circa materiam Sacramenti, & ideo characterem accipit in hoc quod datur ei calix ab Episcopo*.

40 Dices, Diaconatus Ordo confertur, quando Episcopus tradit librum Evangelium ipsi ordinando dicens, *Accipite potestatem, &c.* Ergo etiam character Subdiaconatus imprimatur, quando Episcopus tradit librum Epistolæ, sub his verbis: *Accipite potestatem*.

Sed nego Consequentiam, nam quia argumentum a simili non valet in his que pendet ex institutione: tum etiam quia, ut reple discitur D. Th. hic qu. 37. art. 5. ad 5. *Potestas Diaconi est media inter potestatem Subdiaconi & Sacerdotis. Sacerdos enim directe habet potestatem super corpus Christi, Subdiaconus autem super vas tantum; sed Diaconus super corpus Christi in vase continentum, unde ejus non est tantum corpus Christi, sed potestas corpus in patena, & dispensare sanguinem cum calice, & ideo ejus potestas ad actum principalem non potuit exprimi, nec per dationem vasis tantum, nec per dationem materie; sed exprimitur potestas ejus ad actum secundarium tantum in hoc quod datur ei liber Evangelium, & in hac potestate intelligitur alia. Et ideo in ipsa libri datione imprimitur character*.

41 Quæres qualis contactus materia requiratur in ordinando? Respondeo duas circas ejus quæsitæ resolutionem verari celebres & probabiles sententias. Quidam enim apud D. Thom. hic quest. 34. artic. 5. in tertio argumento, putant non esse necessarium, ut ordinandum physique contingat materiam, sed sufficere ut extensione manuum ostendat fe eam ab ordinante acceptare, quod est moraliter cum contingere. Quam sententiam in responsione argumenti admittit ut probabilem, eamque plures ex recentioribus Theologis & Casuistis sequuntur. Alii vero physicum materiam contactum in ordinando requirunt: & hæc sententia tutior ac probabilior est, tum quia est communior, & in eam S. Doctor loco citato ut probabiliorem inclinat dicens: *Ista verba forma videntur ostendere, quod calix materia sit de essentia Sacramenti, quia dicitur, Accipite hoc vel illud. Tum etiam quia alia materia non videtur sufficienter ordinando applicari; nam cum hæc consistat in re physica, videtur physicum contactum requirere. Et hoc confirmat sollicitudo quam omnes prudentes hujus Sacramenti ministri adhibent, ut ordinandum physique materiam tangat. Non est tamen necessarium, quod tangat proxime singula que per materia offeruntur, sed sufficit quod in ordinatione Sacerdotis, v. g. tangatur calix suppositus patenæ; neque magis necessarium est tangi hostiam ipsam, patenæ superpositam, quam vinum in calice contentum; quod certe nullus ordinandorum tangit. Quod propter nonnullos scrupulosiores notare obiter hic volui.*

ARTICULUS III.

Utrum manus impositio ad ordinationem Sacerdotis & Diaconi essentialiter requiratur, vel sit instrumentorum traditio, cum forma verborum ipsi correspondente, totam essentiam ordinationis Sacerdotum & Diaconorum constituat.

42 Pro intelligentia, & resolutione hujus celeberris questionis, sciendum est, in Ecclesia Latina ordinari Diaconum duplici caeremonia, quarum prima est impositio manuum Episcopi, cum hæc verborum forma: *Accipite Spiritum Sanctum ad robur, & ad resistendum Diabolo, & tentationibus ejus*. Posterior est traditio libri Evangelium, cum prolatione horum verborum: *Accipite potestatem legendi Evangelium in Ecclesia Dei, &c.* Similiter Sacerdos in Ecclesia Latina duplici caeremonia ordinatur, nempe porrectione instrumentorum, id est patenæ, cum hostia superposita, & calicis cum vino, cum hæc verborum forma: *Accipite potestatem offerendi sacrificium, &c.* & impositione manuum Episcopi ordinantis, que duplex est; una que fit initio ipsius ordinationis simul ab Episcopo, & duobus Sacerdotibus; alia que fit in fine Missæ, quando Episcopus super caput Sacerdotis

Theol. Goner, Tom. V.

manus imponens ait: *Accipite Spiritum Sanctum: quorum remiseris peccata, remittentur eis; & de illa præcipue est difficultas, & controversia inter Theologos, an sit de essentia Ordinationis Sacerdotis, vel caeremonia omnino accidentalis? Nam D. Bonaventura, Durandus, Becanus, & Arcudius, existimant in ea totam essentiam Ordinationis Sacerdotum consistere; & similiter totam essentiam Diaconatus sitam esse in impositione manuum Episcopi, que sit ante traditionem libri Evangeliorum. Alii vero docent, tam porrectionem instrumentorum, quam impositionem manuum esse de essentia utriusque Ordinationis, subindeque duas materias, & duas formas partiales, ad illorum essentiam constituendam, admittunt. Ita Scotus, Bellarminus, Conink, Henriquez, & alii ex Recentioribus. Vasquez autem fatetur quidem totam essentiam Ordinis Diaconatus consistere præcise in traditione libri Evangeliorum, cum formula verborum ipsi correspondente, sed docet impositionem manuum esse de essentia Ordinationis Sacerdotis. Demum Soto in 4. dist. 84. art. 4. vult impositionem manuum esse caeremoniam omnino accidentalem. Alii vero ex noltris Thomists, ut Nugno, & Candidus, concedunt quidem illam non esse de essentia Ordinationis Sacerdotis & Diaconi, dicunt tamen esse de illius perfectione & integritate, eo sere modo, quo satisfactio est de integritate Sacramenti penitentia, licet non sit pars essentialis illius.*

§. I.

Verior & probabilior sententia duplici conclusione statuitur, & explicatur.

43 Dico primo: Sola instrumentorum traditio, cum forma verborum correspondente, constituit totam essentiam Ordinationis Sacerdotum & Diaconorum; subindeque manuum impositio non est de illius essentia.

Prima pars probatur primo ex Florentino in Decreto Eugenii, ubi sic dicitur: *Ordinis materia est illud per cuius traditionem confertur Ordo; sicut Presbyteratus traditur per calicem cum vino, & patenæ cum pane porrectionem. Et paulo post: Forma Sacerdotii talis est: Accipite potestatem offerendi sacrificium*. Quibus verbis Concilium pro materia Presbyteratus assignat tantum porrectionem calicis cum vino, & patenæ cum pane: Ergo censet, manuum impositionem nec totalem, nec partialem esse Ordinis Sacerdotalis materiam.

Probatur tertio eadem pars ratione fundamentali: 47 Impositio manuum non est de essentia Ordinationis Sacerdotalis, nec totalis vel partialis ipsius materia: si ante illam character Sacerdotalis imprimatur: Sed character Sacerdotalis imprimatur ante impositionem manuum, nimirum in ipsa traditione instrumentorum, cum forma verborum ipsi correspondente: Ergo impositio manuum non est de essentia Ordinationis Sacerdotalis, nec materia, vel forma partialis illius, sed sola instrumentorum traditio, cum forma verborum ipsi correspondente, totam essentiam Ordinationis Sacerdotum constituit. Major patet, nullum enim Sacramentum habet effectum sibi proprium, gratiam scilicet, vel characterem, antequam adfuit omnia ipsi essentialia: ideo enim (ut tacite occurratur instantia que posset fieri in contrarium) in Sacramento Eucharistie, consecratio unius speciei non dependet quoad suum valorem & effectum a consecratione alterius; quia essentia hujus Sacramenti, ratione Sacramenti, consistit tota in consecratione unius speciei, ita ut consecratio alterius fit tantum de ejus integritate. Minor vero probatur primo ex D. Thom. hic quest. 37. art. 5. in corp. ubi sic concludit: *ideo in ipsa datione calicis, sub forma verborum determinata, character Sacerdotalis imprimatur*.

Secundo probatur ratione: Episcopus profert porrigendo calicem hæc verba: *Accipite potestatem offerendi sacrificium, &c.* que potestas est ipse character Sacerdotalis: Ergo cum verba illa debeant statim esse vera, & habere effectum quem significant, dicendum est, ante impositionem

X 4

tionem manuum, in ipsa traditione calicis, imprimi characterem Sacerdotalem.

Tertio, Neomyia, seu Sacerdotes recenter ordinati antequam manus illis imponantur, cum illis verbis: Accipe Spiritum Sanctum &c. simul cum Episcopo proferunt verba consecrationis: Sed hoc non permitteretur, nisi jam haberent potestatem ad consecrandum corpus & sanguinem Christi, subindeque characterem Sacerdotalem, qui nihil aliud est, quam talis potestas: Ergo ante impositionem manuum, Sacerdotes recenter Ordinati habent characterem Sacerdotalem.

Quarto: Cum aliquis Ordo habet plura officia, tunc conlentur character, quando datur potestas exercendi officium magis precipuum, ut patet in Ordinibus Ollarii, Acolyti, & Subdiaconi: Sed ex duobus officiis, quae habet Sacerdos, nimirum offerre sacrificium, seu Eucharistiam consecrare, & remittere peccata, istud est minus principale & secundarium: Ergo character Sacerdotalis non imprimitur, quando Episcopus imponendo manus, dat potestatem remittendi peccata, sed quando porrigendo calicem, dat potestatem offerendi sacrificium.

Quinto: Jadas, tametsi solum offerendi sacrificii potestatem in nocte coeae cum aliis Apostolis receperit, characterem Sacerdotalem habuit; tunc enim vero Sacerdos novi Testamenti, ut ex verbis illis Psal. 108. quae S. Petrus Act. 1. ad illum pertinere indicat; colligitur: Episcopatum ejus accipias alter; hoc est Sacerdotium, Iteplul. ut Chrysolomus in eum locum hom. 3. commentatur: Ergo character Sacerdotalis imprimitur ante impositionem manuum, cum datur potestas offerendi sacrificium.

48. Secunda pars conclusionis, quae asserit impositionem manuum non esse de essentia Ordinationis Diaconorum, probatur primo ex Florentino in Decreto Eugenii, ubi post verba supra relata, Presbyteratus traditur per calicem cum vino & pane, cum pane possessionem, statim subdit: Diaconatus per libri Evangeliorum traditionem, nullam praefatis mentionem faciendo de manuum impositione: At si Concilium existimasset impositionem manuum esse materiam saltem partialem Diaconatus, non debuisset illam subijcere: Ergo impositio manuum non est de essentia Ordinationis Diaconorum.

49. Continuat: Gregorius IX. in cap. Presbyter, de Sacramentis non iterandis, sic ait: Presbyter & Diaconus, cum ordinantur, manus impositionem corporali ritu ab Episcopo inchoant recipiunt. Quod si omisum fuerit, non aliquatenus iterandum, sed statim tempore, ad ejusmodi Ordines consecrandos caute supplicandum quod per errorem exstitit praetermissum: At haec doctrina de non iteratione hujus Sacramenti in tali casu esse falsa, si non in sola traditione libri Evangeliorum, cum sua formula, consisteret essentia Ordinationis Diaconi: Ergo &c.

50. Probatur secundo eadem pars hac ratione: Ille tantum ritus est de essentia Ordinationis Diaconi, per quem ministerium ipsi peculiare significatur: Sed per manus impositionem, & verba illi correspondentia, nullum ministerium Diacono peculiare significatur: non quidem per manuum impositionem, ut constat; neque per verba illa ipsi correspondentia, Accipe Spiritum Sanctum, ac robur ad resistendum diabolo & tentationibus ejus, utpote quae sunt generalia, & cuilibet Ordinationi possent convenire: Ergo impositio manuum sub praescripta forma verborum, non est de essentia Ordinationis Diaconi.

51. Dico secundo, Impositionem manuum non esse caeremobiam aliquam omnino accidentalem Ordinationi Sacerdotali, sed ad ejus integritatem pertinere.

Probatur breviter: Possit a peccatis absolvi pertinet ad integritatem Sacerdotii: Sed per impositionem manuum, quae fit ab Episcopo in fine Missae, hac verba proferente: Accipe Spiritum Sanctum, quorum remissionis peccata, remittuntur ei: Sacerdos accipit potestatem remittendi peccata, cum talis potestas per hac verba significatur: Ergo talis impositio manuum pertinet ad integritatem Ordinationis Sacerdotalis. Minor patet, Major etiam certa videtur; Sacerdotium enim ex diversis constitit officiis, sicut corpus integratur ex pluribus membris, videlicet ex officio sacrificandi, & ex officio absolviendi a peccatis; quorum primum est praecipuum, subindeque cum datur potestas illud exercendi, character Sacerdotalis imprimitur, ut praecedenti conclusione ostensum est; secundum vero est minus principale: unde cum datur Sacerdoti potestas absolviendi a peccatis, non imprimitur character, sed tantum datur augmentum gratiae ad rite exercendum tale munus; hoc enim denotant verba illa Episcopi, Accipe Spiritum Sanctum; neque enim Spiritus Sanctus datur sine infusione gratiae. Unde Tridentinum sess. 23. can. 3. sic ait: Si quis dixerit per Sacram Ordinationem non dari Spiritum Sanctum, ac praeinde frustra Episcopos dicere, Accipe Spiritum Sanctum, anathema sit: Ergo impositio manuum est de integritate Ordinationis Sacerdotalis, eo modo quo satisfactio est pars integralis Sacramenti Penitentiae.

Ex hoc intelligit, quod si alicui ex Neomyia, seu Sacerdotibus recenter ordinatis, Episcopus non imponeret manus, ille quidem esset verus Sacerdos, cum possit offerre sacrificium Missae, & Eucharistiam consecrare; non esset tamen perfectus Sacerdos, quia deesset illi aliud complementum ad integritatem Sacerdotii novae legis requisitum, nimirum potestas absolviendi a peccatis.

S. II.

Solentur Objectiones.

Obijcies primo contra primam conclusionem: In Scriptura, Conciliis, & Sanctis Patribus, Sacerdotium, & Diaconatus conferri dicuntur per manuum impositionem: Ergo illa est de essentia utriusque Ordinationis. Consequenter videtur legitima. Antecedens vero patet ex Apostolo 1. ad Timoth. 4. & 2. ad Timoth. 1. ubi Timotheus dicitur ordinatus in Sacerdotem, vel Episcopum, per impositionem manuum. Item Actuum 6. septem primi Diaconi ordinati dicuntur ab Apostolis per manuum impositionem: Hic (ait facer textus) statuerunt ante conspectum Apostolorum, & orantes imposuerunt eis manus. Similiter Concilium Nicenum can. 9. imponere manus, idem esse indicat, quod Presbyteros ordinare; & Concilium Carthagenie 4. cap. 3. sic ait: Presbyter cum ordinatur, Episcopo cum benedictione, manuum super caput ejus tenente &c. Dionysius etiam cap. 5. Ecclesiasticae Hierarchiae expresse docet, Episcopum, Sacerdotem, & Diaconum consecrari per manus impositionem. Idem docent frequentes alii SS. Patres, unde Graeci Ordinationem vocant χειροτονια, id est manus impositionem.

Confirmatur: Nisi manus impositio sit de essentia Ordinationis Sacerdotum, & Diaconorum, nullo Scripturae vel Patrum testimonio probari poterit contra Haereticos talem Ordinationem esse Sacramentum, quae Scriptura & SS. Patres, qui asserunt per talem ordinationem conferri gratiam, ut dicunt eam conferri per manuum impositionem, ut patet ex illo Ambrosii de dignitate Sacerdotali cap. 5. Homo manuum imponit, & Deus largitur gratiam.

Confirmatur amplius ex Tridentino sess. 14. cap. 3. ubi loquens de Extrema-Unionis dicitur ejus ministerium esse Episcopum, vel Presbyterum, rite ordinatum per manuum impositionem: Sed fallum esset, Sacerdotem rite ordinari per manus impositionem, si ritus ille non esset essentialis tali Ordinationi: Ergo &c.

Ad objectionem respondeo, Scripturam, Concilia, & Sanctos Patres locis citatis loqui de Sacerdotio, & Diaconatu, collato tempore Apostolorum; tunc enim per solam manuum impositionem consecrabantur, ut supra infra declarabimus. Vel Ordinationes istas impositionem manuum appellat, eo quod talis caeremonia ad integritatem, & complementum istarum spectet, ut conclusio secunda ostendimus.

Ad primam confirmationem, nego Antecedens. Quamvis enim Scriptura, & Sancti Patres, qui asserunt Ordinem conferre gratiam, dicant eam conferri per manuum impositionem; quia tamen traditio instrumentorum, cum forma verborum ipsi correspondente, quo modo fit in Ecclesia Romana, quando Ordo confertur, est ritus non formaliter, sed materialiter tantum diversus ab impositione manuum, quo tempore Apostolorum fieri solebat, ut contabit ex infra dicendis, non minus efficaciter concluditur contra Sectarios, Ordinationem, quae fit modo in Ecclesia Romana, esse verum Sacramentum, quam eam quae fiebat tempore Apostolorum, & initio nascentis Ecclesiae.

Ad secundam respondeo, Tridentinum loco citato tantum definire, ministerium Extrema-Unionis esse solum Sacerdotem; obiter vero dixisse illum debere esse ordinatum per manuum impositionem; neque ad hoc verificandum opus esse, quod manuum impositio sit de essentia Ordinationis Sacerdotalis, sed sufficere quod sit de integritate illius; unde concessa Majori, neganda est Minor. Si vero queras, cur Concilium ibi primum mentionem fecerit impositionis manuum, quam profectionis instrumentorum? Respondeo breviter, hoc ideo dixisse Concilium, quia Extrema-Unionis, cujus occasione illud asserit, ministratio ad eam potestatem pertinet, quae in manuum impositione confertur, quasi appendix quaedam remissionis peccatorum, ut in Tractu de Extrema-Unionis declaravimus; ibi enim ostendimus, Sacramentum Extrema-Unionis esse Sacramentum penitentiae completivum, quia sicut istud peccata, ita illud peccatorum reliquias abstergit.

Obijcies secundo: Illud quod est sensibile, & causativum gratiae, pertinet essentialiter ad rationem Sacramenti: Sed manuum impositio in Ordinatione Sacerdotum, & Diaconorum, est signum sensibile, & effectivum

vum alicujus gratiae, ut docet D. Thomas hic qu. 37. art. 5. in corp. ubi sic ait: Per manus impositionem datur plenitudo gratiae, per quam (ministrum) ad magna officia fit idoneus, & ideo solum Diaconibus & Sacerdotibus manus impositio, quia eis comparitur dispensatio Sacramentorum &c. Ergo manuum impositio in Ordinatione Sacerdotum & Diaconorum pertinet essentialiter ad rationem Sacramenti.

Respondeo Majorem non esse universitatem veram, satisfactio enim in Sacramento non est, sed tantum est sensibile, & causativum alicujus gratiae; & tamen non est de essentia, sed tantum de integritate illius Sacramenti. Idem dicendum de impositione manuum, quae fit in Ordinatione Sacerdotum; quamvis enim illa sit aliud signum sensibile, causativum augmenti gratiae, non sequitur quod sit pars essentialis talis ordinationis, sed sufficit quod sit de ejus integritate, non enim in impositione manuum abundantior gratia causatur, ex eo quod tunc fiat novum Sacramentum, ex parte materiae, sed quae praecedens completer complemento integrali; eo quod character Sacerdotalis tunc accipit novam perfectionem realem, ratione cujus potest ligare, & absolvi, quod ut rite a Sacerdotibus fiat, specialis gratia requiritur.

Obijcies tertio: Si sola instrumentorum traditio, cum forma verborum ipsi correspondente, constitueret totam essentiam Ordinationis Sacerdotum, & Diaconorum, sequeretur quod in Ecclesia Graeca non fervarentur ea quae sunt essentialia Sacramento Ordinis, ex parte materiae, & forma: Sed hoc dici nequit: Ergo nec illud. Minor est certa, quia certum est validas esse Graecorum ordinationes. Primo quia sunt non solum a Schismaticis, sed etiam ab illis qui ad unionem cum Ecclesia Romana accesserunt; idque etiam Romae in propria Ecclesia, sciente, & tacite saltem approbante Summo Pontifice. Secundo, quia ordinati a Graecis non reordinantur a Latina Ecclesia, quando a Schismate recedunt, & ad eam convertuntur. Tertia, quia in Concilio Florentino coaesto ex Graeca, & Latina Ecclesia, Latini hac de re nullum dubium Graecis moverunt; sed illos pro veris Episcopis, & Sacerdotibus habuerunt; e quibus etiam Basilianus, Nicenus Episcopus, in Cardinali Sanctae Romanae Ecclesiae ab Eugenio promotus fuit. Quarto, quia durum videtur dicere, tam illustrem portionem gregis Christi, carere & caruisse vero Sacerdotum, & Basilium, Gregorium, Athanasium, Chrysolomum, &c. non Episcopos, sed Apostolos extitisse. Demum, quia expresse asseritur in capite Quod translationem, extra, de temporibus ordinandorum, Graecorum ordinationes esse validas. Probatur ergo sequela Majoris. In Ecclesia Graeca cum ordinatur Sacerdos, Episcopus non porrigit illi calicem cum patena, nec proferit verba illa quae a Latinis Episcopis proferri solent: Accipe potestatem offerendi sacrificium; sed tantum manus imponit cum pallio, proferendo ista verba: Divina gratia, quae semper inferna sanat; & quae de seorsum supplet, promoveat N. venerabilem Diaconum in Presbyterum. Oremus igitur pro eo, ut veniat super ipsum gratia sanctissimi Spiritus. Similiter Diaconus in Ecclesia Graeca non ordinatur, sicut in Latina, per traditionem libri Evangeliorum, cum prolatione horum verborum, Accipe potestatem legendi Evangelium in Ecclesia Dei; sed per solam manuum impositionem & hac verba: Divina gratia, quae semper inferna curat, & imperfecta perficit, promoveat N. reverendum Subdiaconum in Diaconum. Oremus igitur pro ipso, ut veniat super ipsum gratia sanctissimi Spiritus. Ita refert Auctor Graecus lib. 6. de Sacram. cap. 2. & Cardinalis Delugo disp. 2. de Sacram. in genere sess. 5. testatur se vidisse Roma Graecos Episcopos hoc ritu Ordines conferentes: Ergo si sola instrumentorum traditio, cum forma verborum ipsi correspondente, constitueret totam essentiam ordinationis Sacerdotum & Diaconorum, sequeretur quod in Ecclesia Graeca non fervarentur ea quae sunt essentialia Sacramento Ordinis, ex parte materiae & formae.

Hujus difficultatis objectioni respondeo, negando sequela Majoris; licet enim in Ecclesia Graeca Sacerdotium, & Diaconatus per solam impositionem manuum cum verbis relatis conferantur, non sequitur tamen quod in Ecclesia Graeca non ferventur ea quae sunt essentialia Sacramento Ordinis, ex parte materiae, & formae; quia nimirum Christus non determinavit in specie materiam, & formam hujus Sacramenti, sed genericè tantum instituit, ut loco materiae adhiberetur signum aliquod sensibile, significativum potestatis, quae traditur; & loco formae adhiberentur verba eandem potestatem sufficienter exprimentia. Hoc autem reperitur in utraque Ecclesia Latina, & Graeca, unde utraque servat omnia essentialia a Christo instituta; quamvis determinatio signi sensibilis, & materialis praedictam potestatem significantis, diversa sit apud Graecos, & Latinos: immo & in ipsa Ecclesia Latina, per diversis temporibus: nam tempore Apostolorum, & initio Eccle-

siae, determinatio istius signi sensibilis, & materialis, ad manus impositionem facta est ab Apostolis, ut indicat Gregorius IX. cap. Presbyter de Sacramentis non iterandis: ubi expresse asserit, manus impositionem quae Sacerdotes ordinantur, esse ritum introductum ab Apostolis, patetque eos sic ordinasse Diaconos Act. 6. & Presbyteros Act. 14. & 1. ad Timoth. 1. quem ritum Graeca Ecclesia huc usque servavit: Latina vero Ecclesia, ad majorem expressionem potestatis per Ordinem collata, tale signum sensibile ad porrectionem instrumentorum cum praescripta forma verborum determinavit. Quare utraque Ecclesia servat essentialia Sacramenti, & tantum differit penes accidentalem determinationem signi sensibilis, & verborum. Hanc solutionem & doctrinam tradit Bellarminus cap. 9. de Sacram. Ordinibus, ubi sic ait: Credibile autem est, Dominum instituisse istas omnes materias Ordinum: non quidem in particulari, sed generaliter; movendo Apostolos, ut Ordines conferrent per caeremoniam instrumentorum, quibus significaretur eorum potestas.

Potest haec solutio illustrari & explicari exemplo de sumpto ex Sacramento Matrimonii: Christus enim Matrimonii materiam, & formam instituit, consensum contrahentium, externis verbis, aliiis signis expressum: haec autem signa non determinavit in particulari, sed reliquit ea communi usui & voluntati contrahentium. Unde sicut talia signa in Sacramento Matrimonii sunt quidem determinata a Christo, secundum rationem suam formalem, sive significationem, quatenus voluit determinate esse talia, quae rem certam determinate significarent; indeterminata tamen secundum esse materiale; ita instituit materiam Ordinis, secundum rationem formalem determinatam, quae scilicet determinate significaretur hic, & nunc ordinato tribui certam potestatem Ecclesiasticam; indeterminatam tamen secundum esse materiale, quatenus reliquit in potestate Ecclesiae, per traditionem hujus vel illius rei, hujus potestatis collationem significare. Sicut tamen non est in jusque potestate, per quodvis verbum quidvis significare, sed hoc pendet a communi usu; ita non est in potestate alicujus particularis Episcopi, per cuiusvis rei traditionem, praedicta potestatis collationem significare; sed hoc pendet a determinatione Ecclesiae, quae instituit ut hoc fieret in Sacerdotio per traditionem calicis cum vino, & patena cum pane, & in Diaconatu per traditionem libri Evangeliorum, & verbis eis respondentibus, & sic de ceteris Ordinibus.

Ex his intelligit, Sacerdotium, vel Diaconatum collatum tempore Apostolorum, vel quod modo confertur in Ecclesia Graeca, non esse speciem distinctam a nostro, sed tantum accidentaliter; quia licet habeant diversas materias, & formas; illa tamen diversitas non est formalis, sed tantum materialis, eo quod ordinatur ad eundem effectum significandum, & causandum, & unitas, vel diversitas specifica signi, ex unitate, vel diversitate specifica rei significatae sumatur. Idem cum proportione dicendum est de Sacramento Confirmationis, quod per solam manuum impositionem ab Apostolis interdum consecrabatur, vel de eo quod modo a Graecis sub hac verborum forma confertur: signaculum domi spiritus sancti. Illud enim, eo eandem rationem, non differt specie a nostro, cujus materia est christina ab Episcopo coactum, & forma haec verba quae ab eo proferuntur: Consigno te signo crucis, & confirmo te christinae salutis, &c.

DISPUTATIO III.

De ministro, & subiecto Sacramenti Ordinis.

Licet istud Sacramentum respiciat non tantum suum ministerium, & subiectum, sed etiam proprium effectum, qui est duplex, gratia nimirum sanctificans, cum jure ad specialia auxilia necessaria ad digne operandum actus proprios Ordinis suscepti, & character, sive potestas spiritualis ad elicendum illos actus valide & ex officio; quia tamen de hoc duplici effectu fufe egimus in Tractu de Sacramentis in communi disp. 3. & 4. de ministro tantum & subiecto hujus Sacramenti nobis restat disputandum. Unde fit

ARTICULUS UNICUS.

Qui sit minister Sacramenti Ordinis?

Certum & indubitatum est apud omnes Catholicos, solum Episcopum esse ordinarium ministrum Sacramenti Ordinis, tam quia hoc aperte definitur Florentinum in litteris Eugenii, & Trid. sess. 23. can. 7. ubi dicitur Episcopos esse Presbyteris superiores, & habere